



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

MEMORIÆ SEMPITERNAE

VIRI CL. MARCI PERACHON
in Supremo Senatu Causidici, Qui post eju-
ratam sincere hæresim in qua natus fuerat, de
Religione ac Literis bene meritus dum vive-
ret, moriens Bibliothecam Lugd. Coll. S. S.
Trin. Soc. JESU annuo Censu locupletavit.

Ex Censu anni 1701-2

424630

R. P. PROSPERI
Coll. Luqo. II. Trinit. Soc. ped. 1701
INTORCETTA
SOCIETATIS JESU.
MISSIONARII SINENSIS
TESTIMONIUM
DE CULTU SINENSI;

Datum anno 1668.



Lugduni & vaneunt,

P A R I S I I S

Apud NICOLAUM PEPIE, viâ
Jacobæâ, sub signo sancti Basili.

M. D C C.

CUM PRIVILEGIO REGIS,

VILLE DE LYON

Biblioth. du Palais des Arts

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11


1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11

1920-17.11



MONITUM EDITORIS.

R. P. PROSPER INTORCETTA
natiōne Siculus, post decursa Theologica studia
comes ad Sinas datus est Patri Martino Martinio
qui cum aliis sexdecim laboriosissime illius Missionis
Candidatis profectus eo est anno 1656. Ma-
caum appulsus votorum quatuor professionem ibi
emisit, & ingressus interiorem Sinam Ecclesiam
Kienianensem in Provincia Kiamsi orbam Pa-
store ab annis amplius viginti suscepit administran-
dam; atque ibi industria suā & Neophytorum au-
xilio novum erexit pro Christianis templum & in-
tra biennium ad duo millia Christo adjunxit.
Exortā deinde persecutio in omnes Pracones
Evangelij anno 1664. in carcerem conjectus est in
civitate Metropoli illius Provincia, & inde cum
custodiā militari adductus Pekinum sistere se debuit
judicibus qui jam anteā eum cum majori parte
sociorum condemnaverant ad quingentas plagas, &
si ab illis vivus evasisset ad exilium in Tartariam
desertam. Verūm hic Deus miris portentis terruit
judices, coegeritque mutare sententiam relegando
fere omnes ad Australēm urbem Cantoniam. Itaque
eo deductus cum aliis Missionariis numero viginti
tribus Pater Intorcetta suam composuit scriptio-
nem, qnam hic damus, idque ex occasione quam
ipse in contextu satis exponit. Tanta porro fuit so-
ciorum suorum de ipso existimatio, ut congregato
ibidem cera ad eligendum Procuratorem, quem in
Europam mitterent, conjecterint suffragia in Pa-

* ij

Monitum Editoris.

Zrem Prosperum Intercessam, qui Romam tandem appulsus anno 1671. postulavit à R. P. Generali socios subsidiarios ad quadraginta qui redditā Ecclesie Sinensi tranquillitate senescentibus ibi paulatim vinea illius Operariis supperias ferrent. In reditu faustissimum accepit nuntium de liberatione suorum Concaptivorum è custodiam Cantonensi, & libertate rursus concessā omnibus ex benignitate Regis Sinensis predicandi ubivis fidem Christi.

Ita fere habetur in bibliotheca Scriptorum Societatis J E S U ubi & additur illum dum in Sinis esset scriptisse interpretationem Latinam unius ex opusculis Confucij Principis Philosophorum Sinensium, quam accurate examinarunt & approbarunt duodecim ex Patribus Societatis lingua Sinensis peritis & tres vice-Provinciales, cuius est titulus: Sinarum Scientia Politico-moralis. Cum characteribus Sinensibus & Latinis qua recognita & edita est Goa anno 1669. & Roma cum esset, reliquit totam parapbrasim integri textus Confucij typis dandam qua deinde Parisii jussu Christianissimi Regis edita est, Carterum qua & quanta egerit ruleritque Rater Intercessa ad summam usque senectudem pro fide Christianā in Ecclesiā Ham-teheou Provincia Chekiam sibi commissa laborans, videri poterit in Historiā Edicti ab Imperatore Sinarum in gratiam Religionis Christiana concessi quam non ita pridem edidit Parisii Pater Carolus le Gobien. Cursum tandem vir verè Apostolicus consummavit 3. octob. anno 1696. ex his porro qua de scriptore hactenus dicto sunt quanta ipsius scriptiori autoritas accedere debet aequus Lector judicabis.

APPROBA



APPROBATIO

R. P. Vice Provincialis.

Ego infra scriptus Societatis Jesu in Sinis V. Provincialis legi disputationem apologeticam de officiis & ritibus, quibus Sinæ memoriam recolunt Confucii Magistri sui, & Progenitorum suorum vitâ functorum, Auctore P. Prospero Intorcetta Societatis nostræ Sacerdote: legi præterea auctoritates ex libris Sinicis depromptas & insertas memoratæ disputationi, quas P. Franciscus Brancatus ejusdem Societatis Sacerdos latinè vertit ad litteram, quasque unâ cum dictâ disputatione legendas dedi sex Patribus ex nostra Societate Theologis, qui omnes tam hanc quam illas censuerunt legitimas, eoque approbarunt vehementius quod defendatur per eas sententia in cœtu nostro Quantoniensi firmata à Patribus omnino virginis, ex virginis tribus hic congregatis, & ree Missionis Sinicæ discutientis.

aa ij

bus. In quorum fidem has litteras manu
eam signatas, & sigillo officii mei mu-
nitas dedi in Urbe Quām chēū Metro-
poli Sinensis Provinc. Quamtūm 15. Au-
gusti 1668.

FELICIANUS PACHECO.

Locus Sigilli.

--

Pars responsionis ad manuscri-
tum R. P. F. Dominici Na-
varette ex Sancta D. Dominici
Familia Sacerdotis, quod juben-
tibus per litteras superioribus suis
scripsit, deditque Patribus So-
cietatis I e s u 8. Martii 1668.
quo tempore in urbe Quam cheū
Metropoli Prov. Quām sum exu-
les propter fidem degebamus tres
& viginti Sacerdotes.

MAnuscriptum continet paragraphos seu numeros 42. In iis oppugnator narrationem facti , rationesque adducit , quibus Hispano Idiomate nititur probare proxim Patrum Societatis circa ritus permisso , aut toleratos Sinensibus Christianis erga Magistrum suum , ergaque defunctos in multis errare. Hæc ramen pars responsionis nostræ probat ex iis ipsis quæ in manuscripto dicuntur (facta scilicet recta rerum collocatione , claraque distinctione eorum , quæ à Patribus Societatis permittuntur Christianis ab iis quæ non permittuntur) ferè omnia in favorem Patrum Societatis vel ab ipso oppugnatore declarari : nunc itaque manuscripti numeros aggrediamur , & suam cuique numero responsum aptemus.

a a ij

RESPONSO.

Ad numeros 1^{um}. 2^{um}. 3^{um}. 4^{um}. 5^{um}, & 6^{um}.

1. **A**udanda imprimis mens optima, animusque P. Vestrae in propoundendis suis rationibus ad solam veritatem indagandam, non autem ad ostentationem ingenii, contentionesq; excitandas in re proposita à R. P. F. Dominico Sarpetri in cœtu 23. Patrum in bonum hujus Sinicæ Missionis Congregatorum. Miramus item diligentiam, & accuratum examen, non modo circa libros, qui dati sunt typis Sinicis à nostris Prædecessoribus; sed etiam in notandis verbis, quæ forte aliquibus nostrorum exciderint in via, aut per transennam prolatis in aliquo confessu, cùm sermo esset de quibusdam ceremoniis Confucii aut defunctorum Christianis Sinensibus permisssis, aut toleratis, juxta ea quæ in decretis Sacræ Inquisitionis Romanæ definita sunt. Ex quo probabilitè colligimus aut nullo modo repentinam fuisse auctib; Paternitatis V. hanc propositam quæstionem à R. P. F. Dominico Sarpetri (præcipue cùm multis ante mensib; in mandatis habuerit Paternitas V^a. ab admodum R. P. Vicario suo Provinciali, ut dubia hæc omnia nobis discutienda proponeat) aut saltem non minus imparatos extitisse ad hanc quæstionem, nos quibus

(i. e.)

nulla jam dubia veniebant in mentem post
tot, tantaque oppositarum rationum exar-
mina apud Romanam Curiam & Doctissi-
mos Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales
orbis lumina, quām extiterit P. V.

2. Hæc eadem Romana Curia bene no-
vit, non modò quæ ante tempora hæc cir-
ca ritus spectantes Confucium & defunctos
evenere, sed præcipue novit quos ritus
hujus ætatis Sinæ superstitiones, quos item
merè civiliter & politice exercent. Pater
hoc ex tractatibus & rationibus ueriusque
partis contrariæ Romæ discussis, & ex bre-
vibus sententiis, sed à prolixis informa-
tionibus à sacra Inquisitione Romana de-
ductis, hanc enim qui aliter judicat, levi-
tatis arguat necesse est. Quis sanè credat
ex unius Patris Martini de Martinis paucis
admodum verbis, & non potius ex primo-
rum Missionis Patrum testimoniis & ratio-
nibus contrarias rationes evertentibus sa-
cram Congregationem mutasse, ex diver-
sitate facti, sententiam. Patebit, & infra
clarius ex responsionibus ad dubia Pater-
nitatis vestræ.

Nec quidem latuit Romanos Theologos
exemplum regis Ezechiæ 4. Reg. c. 18. v. 4.
& quod ait D. Augustinus l. 1. de Trinit.
c. 8. citatus à Suarez l. 2. contra Regem
Angliæ cap. 12. num. 9. videlicet, *cum po-*
populus errans serpentem propter facti memoriam
reservatum, tanquam Idolum colere cœpisset, Eze-
chias Rex religiosâ potestate Deo seriens cum

magna pietatis laude contrivit. Sed item no-
vit Sacra Congregatio , quod Confucius
apud Sinas non tanquam Idolum, sed ut
regni magister , & cultu merè civili colatur.
Fredit & Societas Nostra in Sinis ad Re-
gis Ezechiæ exemplum idola ænea , quæ
populus errans adorabat : sed non fredit
Confucii statuam , aut honorificos ejus ti-
tulos in tabellis descriptos , propter diver-
sitatem facti , & cultus merè civilis : & in-
super ne societas temerè in se & legem san-
ctam totius gentis odium , cum tanto ani-
marum detrimento concitaret.

3. Eodem modo responsio hæc aptatur t². Confirmationi quæ à P. V. adducitur Sap. 14. acerbo lacu dolens pater citò sibi rapti filii fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit. Et ad id quod Glossa ordin. notat apud Lyr. de Regibus Babiloniæ Belo & Nino, &c. Nam Confucium Sinenses nunquam tanquam Deum coluere ; sed eum ut sapientissimum totius Regni Magistrum semper venerati sunt. Ad illa autem verba Paternitatis Vestræ. a Bien claramente se vè aqui delineado mi supuesto conque esta consequencia ex vi terminorum non valet : in primâ institutione hic cultus v. g. suis bonus & licitus ; ergo hic & nunc est etiam bonus , & licitus , &c. Dico quod si rectè ex-

a Hic satis evidenter habetur quod supposui , quo semel stabilito non valet ex vi terminorum illa consequentia : in primâ institutione , &c. plicantur

placentur verba illa ; hic & nunc videlicet si idem cultus hic & nunc perseverat eodem modo ac prius , vel si non perseverat integer , sed in parte vitiatus sit ; tamen hic & nunc à vicio suo purificatur , & iterum ad primævam suam institutionem reducitur , consequentia valebit ; sin ministratio valebit . Quod autem civilis idem cultus erga Confucium (saltem quoad substantiam) tanquam Regni Magistrorum semper immutatus perseveraverit , ex infra dicendis facile colligi poterit .

Ad 2^o: Confirmationem , quæ adducitur ex libris Sinicis P. Matthæi Riccii *tier biō* , cap. 7. fol. 54. P. Joannis Adami tom. 2. ibidem *yuen kici* capit. 1. & Patris Iuliani Aleni tom. 8. part. 2. qui ubi quæstionem instituunt de origine idolorum , tibi respondent ; non aliam fuisse quam quod defunctis *visis* illustribus dignitate vel amnis , homines ob nimmitatem erga illos affectum certam *imagines* depinxerint ad servandam illorum memoriām ; deinde viatio temporis atque incertum obtulerint ; mox alii petierint ab iis felicitatem ; alii adorarint , &c. & sic popularim cultu idololatrico eos venerati sint cœci mortales . Dico quod hæc confirmatio solum probat idolorum originem , non autem Confucium esse idolum . Quin potius non esse idolum confirmant eæ Patrum authoritates , quas P. Vestræ modis contra nos adduxit . Nam hi idem Patres

ex antiquioribus Sinicæ Missionis, (& de quibus Paternitas V^a. n. 36. hæc ait) a Los R R. P P. Ministros antiguos muy cogidos y versados en los libros Sinicos y sus costumbres, &c. Hi, inquam, Patres post accuratum examen rituum morumque Sinensium, cùm bene novissent & docuissent Christianos I dolorum originem, & idola omnia esse execranda, tamen ceremonias has & cultum erga Confucium (quem nos hodie permittimus) Christianis suis permiserunt : & posteros quoque ore vel scriptis docuerunt cultum hunc esse mere politicum ac civilem. Ergo si stemus autoritati prædictorum Patrum, Confucius à Sinensibus non colitur tanquam idolum. Nec novum aliquem, aut majorem cultum erga Confucium, nos posteri Christianis nostris permittimus, quām suis permiserint. Los R R. P P. Ministros antiguos muy cogidos y versados en los libros Sinicos, y sus Costumbres. Id de quo conqueritur D. Augustinus apud D. Thomam 2. 2. q. 84. art. 1. ^b Que muchas cosas sive humilitate nimia, sive adulacione pestiferā. Se han mudado y passado de un estado à otro. Quamvis sit verum, hic tamen in casu nostro nullam videtur habere vim.

^a Antiqui Patres atque Evangelii ministri multum exercitati & versati in libris institutisque Sinicis cognoscendis.

^b Multa de cultu divino usurpata sunt, quæ honoribus defertuntur humanis, sive humilitate nimia, sive adulacione pestiferā.

4. Ut magis clarè procedat Paternitas
Vestra recitat verba illa , seu Decretum Sa-
cræ Congregationis ad ea quæ proposuit
P. Martinus Societatis J e s u circa ritus
Confucianos.

Addit tamen in fine quod ex manuscri-
ptis extraxerit decretum , & quod Pater-
nitatum Vestiarum nemo viderit illud au-
thenticum , neque sciverint publicatum es-
se atque notificatum , &c. Ad hæc dico
R. P. F. Dominicum Coronado Sanctæ me-
moriæ & vidisse & legisse in urbe *Hâm cheū*.
Pater enim Martinus qui & erat Protono-
tarius Apostolicus , & alii Patres qui ibi
morabantur , cùm illac transiret dictus P.
Coronado , ei notificarunt nova ista decreta
Sacré Congregationis. Item valdè mihi red-
ditur probabile Reverendissimum Patrem
Generalem Paternitatum vestiarum , ob pa-
ternam curam quam habet & ob vinculum
charitatis & unionem animorum , quam
semper inter nos hic esse ex animo expeti-
vit , cum miserit litteras ad Superiores
Manilenses & Sinenses , ut *Missionarii Sacri
Ordinis hic se conformarent Patribus Societa-
tis quoad institutionem Christianorum , in re-
bus antea controversis , una simul notificasse*
*Paternitatibus vestris ultima decreta Sa-
cræ Inquisitionis.*

Audivimus R. P. Provincialem Sacri Or-
dinis ex urbe Manilâ scripsisse ad Patres Si-
nenses subditos suos , dedisseque illis noti-
tiā de novis decretis Sacré Congregatio-
nē .

bbij

nis sub Alexandro VII. Dicebat enim Societatem post mortem Innocentii X. proprium sibi Pontificem habuisse, qui limitavit decretam priora edita ad instantiam P. Joannis Baptiste de Morales. Item Patrem Martinum scripsisse ad dictum P. Provincialem de hisce decretis. Item P. Antonium de Govea per litteras de iisdem decretis dedisse notitiam Patribus Sacri Ordinis residentibus in Provincia *Fō kién* & P. Franciscum Brancatum Patribus residentibus in Provincia *Chē kiat*.

Accedit, quod Patres Societatis nulli PP^{um}. Vestrarum celarent talia decreta extare, sive per litteras sive ore tenus. Et estne credibile, ut in re tanti momenti, post tot annos nulli dubium fuerit, nec P. Vestræ (qui fatetur ex quodam manuscripto decretum extraxisse *assi lo soquè de un manuscripto.*) An verè extarent talia decreta originalia, ut saltem peterent videre authentica, vel Romæ typis mandata. Si non sufficit authoritas tot Patrum Societatis affirmantium esse, & transcripta ostendisse cuilibet petenti, in dubiis tamen debisset fieri debita diligentia ut tolleretur dubium: nec ad nos pertinebat juridicè ea decreta PP^{bus}. vestris notificare.

5. Quamvis non judicemus P. Vestrām hoc suo manuscripto velle novas altercationes movere & contra Decreta Sacrae Congregationis dubia iterum suscitare, cùm satis superque decertatum sit Romæ, ta-

men ad indagandam veritatem sufficere visabantur tum ipsa decreta Sacrae Congregationis tum notitia præteritarum disputacionum hac de re sèpius hic & Romæ institutarum , & quidem non brevibus , aut per transennam sed longissimis tractatibus & validissimis rationibus. Et cum hic nihil ferè novum proponatur sed eadem repetantur : videtur quod ut securè ac prudenter quis operetur in posterum , ac sine periculo erroris , satis lumenis jam habeat , præterquam quod hujuscemodi luminis claritas in Paternitatibus vestris augescere censeatur claritate majori ac directione illa Reverendissimi Patris Generalis Sacri Ordinis , qui is per epistolam jubet subditis suis , ut se se hic Societati nostræ conforment. Et æquum sane videtur esse , ut quæstiones tandem absolvantur , præcipue cum rationes , quæ contra praxim Societatis afferuntur , non solum nullam habeant evidentiam sed nec nostris rationibus probabiliores censeantur. Nam si quoties novi adsunt Missionarii ve- lint iterum atque iterum sub specie veritatis indagandæ easdem repetere quæstiones , vel quia novi , vel quia anguntur scrupulis , quos in illis forte excitabunt Sinensis alicuius verba , quæ vel ipsi in hac Missione tytones non bene percipient , vel ille non recte explicet , aut hic idem velit connivere Europæo interroganti , sicuti mos est inter illos qui cum non sint ad disputandum proclives , levissimæ cuiquam rationi in utram-

b.b iij

14. *De cultu Sinensium.*

libet partem facilè dant manus , & si aliter in corde opinentur, ut quotidiana nos docet experientia , certè ad nauseam infiniti dabuntur processus , ne dicam tractatus.

Adde quod quæ hac de re in cœtu virginis trium Patrum anno præterito dicta & disputata sunt , satis esse possunt non modò ad indagandam à longè sed ad propius obtinendam veritatem.

Quâ obtentâ nulla sanè erit dissensio inter Paulum & Barnabam : unus idemque erit animus inter Thomam & Bonaventuram : atque aded utrinque victoria inter Hyeronymum & Augustinum dispu-tantes.

6. Atque utinam quidem (ut respondeam ad verba illa quæ Paternitas vestram. 6º. profert. ^a De todo lo dicho se sigue , quan poco fundamento hay para sospechar y me-nos para juzgar o dezir , que alguno deas Nue-s-tros condena , o censura sentencias o pareceres contrarios á los nuestros. Siempre me pareció bien la doctrina del doctissimo Gerson de vit. Spir. lect. 4. babla contra los que arrojadamen-te condenan opiniones , y reprende este vicio , &c.

^a Ex iis omnibus quæ dicta sunt , colligitur , quam immerito suspicari , multò verò minus existimare aut dicere quis possit nostros damnare aut censoriâ virgulâ notare sentencias atque opinio-nes nostris contrarias. Mihi quidem multum sem-per placuit præceptum doctissimi Gersonis , qui l. de vitâ spir. lect. 4. arguit eos qui sentencias aliorum superbè reprehendunt , atque in istud vitium invicitur,

utinam, inquam, nulla nobis ansa præbetur, (quod ex dictis quoque colligi potest) suspicandi, ne dicam judicandi, quod sint, qui censurare (fortassis & damnate) velint sententiam nostram. Semper enim nobis placuit sententia devotissimi Thomæ à Kempis de Imitat. Christi. l. i. cap. 14. *aliorum facta caveas judicare, &c.* Sed tamen quæ & scriptis & typis quondam (ut audivimus) Paternitates vestræ ediderunt, & quæ modò Paternitas vestræ in hoc suo manuscripto, præcipue nu. 42. seu in suo epilogo alludentis instar contra nos affert, ac citat ex sacris litteris deprompta, talia sunt ut vix imperare possimus nobis ne judicemus, hoc ipso manuscripto velle iterum iterumque Paternitatem Vestræ censurare doctrinam & praxim Patrum Societatis J e s u in Sinis. Hoc tamen non obstante charitatis erit interpretari omnia quam benignissimè, & ob bonum religiosæ pacis ac unionis quæ inter nos esse debet, judicare optimam fuisse intentionem Paternitatis Vestræ atque adeò debere nos, saltem hac tantum vice respondere propositionibus hisce jam toties citatis. Quâ responsione nostrâ nullo modo intendimus damnare aut censurare oppositas rationes; sed rationibus duntaxat rationes (ut moris est inter scholasticos) opponere, ut sic clarius veritas cognita jam iterum elucescat.

RESPONSIo.

Ad numerum 7^{um}. & alios seqq. usque
ad 20^{um}. inclusivè.

IN hac responione ordinem numerorum non servabimus, ita exigente rectâ rerum collocatione; quæ suppositâ confusâ narratione oppugnatoris, non distinguentis ea quæ permittuntur Christianis merè politica ab iis quæ non permittuntur, haud quaquam potest ad ejusdem oppugnatoris numeros respondere.

Tota vis argumenti contra nos consistit præcipue in quadam narratione facti seu functionum quæ fiunt in honorem Confucii à Sinensibus; quas oppositor reducit ad *Sacrificium* propriæ dictyæ, adeoque probare nititur aulam Confucii esse verum *templum*, & mensam esse verè ac propriè *altare*, ipsum quoque Confucium esse verè *idolum*, æstimarique propriæ *sancuum* quinimo & *sancissimum*. Harum conclusionum fundamentum ex narratione ipsa; & ex quibusdam sententiis, legibus & ritualibus ut vocat, Sinicis, putat esse firmissimum, quo posito fundamento confirmat deinde suas; hasce conclusiones testimoniis præcipue duorum auctorum Christianorum qui interrogati de hisce ritibus, conscientiæ, ut ait, scrupulis acti responsione sua declararunt se non bene sentire de ritibus Confucianis.

Hæc

Hæc itaque sunt quæ continentur in numeris, & sequentibus usque ad numerum ^{20^{um}.} inclusive.

Quid nos sentiamus de sententiis Sinicis, legibus, ac ritualibus citatis in hoc manuscripto, tum infra videbitur, tum etiam quando respondebimus ad secundum circa ritus defunctorum (quod oppugnator se jam disponere ac præparare dicit) tum unà simul auctoritatibus Sinicis expositis, exponemus. Interim r̄esponsionem ad reliqua ordiamur tantillum infirmantes conclusionis fundamentum. Stricto tamen inter nos manente vinculo charitatis & debitâ reverentiâ non modò P. V^a. sed toti sacro Ordini q̄animitùs semper delato.

I. Demonstratio pro ritibus Confucianis adversus narrationem & argu- menta R.P. Navarrettæ

Nfimatur 1^o. Paternitas V^a. respondens ad rationem nostram datam in cœtu Patrum, quâ dicebamus ad rationem proprii sacrificii requiri juxta Theologorum sententias ut in eo cui offertur sacrificium, cognoscatur dominium vitæ & necis: & cum Sinenses nullum tale dominium agnoscant in Confucio (cum hunc ut Regni Magistrum, & non ut numen aliquod aut idolum cæremoniis illis venerentur) ergo cæremoniæ illæ non habent rationem veri sacrificii, sed rationem cultus merè civilis, &c. Respondens inquam P. V. num. 39.

cc

mutans propositionem nostram ait: *otro*
dijo que para ser idolo; es necesario se reconozca en el dominium vita & necis. Esto no reconocen los letrados Chinos en el Confucio, ni los Chinos en los difuntos, ergo, &c. de donde infiero tambien no ser sacrificio la que a este, y a aquellos se hace en China.

(Aliud est querere rationem formalem
véri Sacrificii, aliud rationem formalem idoli: potest enim res: aliqua coli tanquam idolum absque eo quod in ea cognoscatur dominium vitæ & necis, quod autem Confucius non colatur ut idolum à Sinesibus aliunde probatur ut infra constabit.)

b Respondo que no solo es idolo aquell
a quien se atribuye numen; sino aquell a quien
se atribuye aliquid numinis. Sint hæc verba
nostri syllogismi major propositio. Deinde
num. 41. incipiendo ab illis verbis.

c Tambien se dixo que de lo que yo propuse, y
quedâ escrito, se hace fuerte argumento para
provar, que los letrados no son ateos, supuesto
que sacrifician, y pidén a sus difuntos, &c. De
que esto se siguiera y fuera esto asi, me bogaña

a Alter dixit, ad rationem idoli requiri, ut
in eo agnoscatur dominium vitæ & necis; porro
istud dominium à litteratis Sinesibus non agnoscet
in Confucio, neque à Sinis in progenitoribus
defunctis: ergo, &c. Unde etiam illud deduxit
sacrificio non esse id quod Sinæ vel erga Con-
fucium, vel erga defunctos facere solent.

b Respondeo non modò idolum esse id cui
tribuitur numen, sed etiam id cui tribuitur al-
iquid numinis.

yo mucho porque rendriamos vereda una gran-
de dificultad y andado muchos estalones, para
que estos señores letrados entraran en las leyes de
Dios &c. usque ad finem ejusdem numeri.
ubi P. V. probat aliquibus autoritatibus ac
testimonis litteratos Sinenſes esse Atheos; e-
ac demum colligit suas conclusiones, dum
ibidem ait: a de donde colligo: 1o. que todos
los spiritus deſta ſecta ſon quāſi chimericos y no
paffen de un poco de ayre imaginado. Lo 2. que
a este ayre ſe endereçan ſus ſacrificios. Lo 3. es
que lo demás, que hacen con todos éſtos ſacrifi-
cios y ceremonias, no es mas que ſimular Reli-
gion para el govierno politico. &c.

Hæc tres conclusiones ſint minor fillogismi
noſtri propositi. Si enim omne id, quod in
Cofucio litteratum ſecta venoratur, non eſt
numen aut aliquid numinis ſed quid chy-
mericum y no paffen de un poco de ayre imagi-
natio. Fuit etiam qui dicere ex illis quæ propo-
nueram, quæque & ſupradixi, probare ſat-
tis validè poſſe litteratos Atheos manu eſſe, ſi
quidem progenitribus ſuis mortuis ſacrificeat, p-
roque ad eos preces fundant. &c. quod ſi ſequi-
gut, ſi ita eſt, bene mihi ac beate erit; nam ſu-
perata ingenti difficultate, atque obice remoto;
malo jam promptius ab iſeſiū ſtudi nostri lite-
rarii ad ſanctam Dei legem adducentur.

qui Unde colligo P. Spiritus omnes quos iſta
ſecta ſe admittere proficitur, eſſe chimericos;
aut certe nihil credi aliud præter aerem renuent
ac ſubilem, 1. ad iſtum aerem dirigi ſacrificia;
2. demique tot ſacrificiis ac ceremoniis: hoc u-
num ſibi proponete; ut religionem ſimulare lat-
eratitudine ad regimatis policij bonaum.

nado. Ergo Confucius non est verè aut putatur idolum à secta litteratorum ; Et cum litterati non nisi simulatè & ad politicam gubernationem suas illas agant cærimoniæ , apud ipsos litteratos manifestum remanet , quod Confucius non sit numen neque participet aliquam numinis rationem : argumentum ex ipsis quæ contra nos adducit oppugnator ; & si spestemus duntaxat sectam litteratorum (de qua hic quæstio instituitur) vim suam habere videtur. Præterquam quod nos nullomodo concedimus sectam litteratorum (præcipue priscam) atheam fuisse , ut fusiùs in expositione libri *chūm yūm* : probatut tūm ex ipso priscorum textu , tum ex illis interpretibus , qui minus ad atheismum accessisse putantur , nec nostræ ætatis omnes omnino litteratos atheos esse ; quamvis fateamur nunc multos esse ; Et eos præsertim qui sequuntur Bonziorum legem illam quam interiorem vocant , quæ purè atheismus est. Accedit item quod falsum putemus (& suo loco probamus) litteratos hisce ritibus & cærimonii simulare religionem ad decipiendum populum *para el governo politico*. Nullibi enim ex libris Sinicis hoc constat , neque ex praxi ipsâ litteratorum.

Figmentum forte hoc fuit alicujus litterati secentis sectantis Bonziorum , & ni fallor , Mandarini illius Christiani , erat hic uno oculo cæcutiens , de quo audivimus , ne

prohiberetur assistere ritibus Confucianis finxisse eum ac dixisse illos esse merè institutos ad politicam gubernationem ; sed cùm adhuc urgeretur à Paternitatibus vestris ne assisteret , ipse quamvis scrupulis agitatus , officii tamen necessitate compulsus , ritus illos peregit tandem , ac deinde ad confessionem accessit. Si unius aut alterius testimonium non sufficit ad impoñendum tantum scelus priscæ Sinarum genti litteratæ , sine uno alio fundamento , quanto minus sufficiet unius aut alterius figmentum ?

Accedit denique quod hodieque ruidis plebs quamvis à Bonziis & Sectariis quoad cultum idolorum decipiatur , ab iisdem tamen nec à litteratis decipitur quoad cultum Confucii ; plebs enim non spectat Confucium esse idolum , nam communiter loquendo , nunquam audivimus plebeios domi suæ inter idola statuam Confucii colere , illique vota solvere , aut in communi aliquâ necessitate ad aulam Confucii accedere , opemque ab illo petere uti facit cum omnibus suis idolis , quæ religiose colit.

Plebs quidem veneratur Confucium (cùm hujus passim mentio fiat ,) non modo in libris , sed etiam in quotidianis hujus gentis colloquiis , sed veneratur tanquam Regni magistrum , & virum ob virtutem doctrinamque illustrem. Ex textu libri *sim li tâ sirén* dicti libr. 3. fol. 19.

constat cultura hunc esse solitum. Confusio
et à Sinenibus esse in gratianimi signo
huius ob eis virtutem & doctrinam quam
per secum regantur dictaravit. In ea illus-
trorum virorum classe Confucius reponit
eum & plebs sumptuosa litteratis, cum qua
classe apud eodem sunt illustres Presi yad
zis, et in pium. illorum in Eccl. sed nos num
quam ducivimus coli à Sinenibus ut ido-
la, sed colim tamquam viros; virtute;
doctrina amore ergo populum illustres
ergo & cum suauitate nesciunt sanctum dominum

**II. Demonstratio pro ritibus Confucianis
adversus narrationem & Argu-
menta R. P. Navarrete.**

I. Nesciarunt. Illa omnia quae Paternitas
Vestra narrat, quoniam imo & non pluram
autem quoniam Patres Societatis Romae au-
diunt facilius, Sacra Congregatio iam audia-
verat ex ore & Scriptis R. P. F. Joannis
Baptistae de Morales, a quo probabile est
vestram paternitatem decerpisse, quia
valde conformia sunt & nichil novi vix
detur tunc præter citationes aliquas libro
rum sententiarumque Sinicarum, nec horum
vix dieo culti Paternitas vestra explamet
sicutur numerus 12.
Eritis avergationes habendos, que yecchis
-nisi inveniuntur in eis, et ampollos suis
-nde christi diligenter est inquisitor abranchis
aliquot & inquisitione facta deinceps anno 1666 in multis
siquo Christiani 1675-1700 circa qui ita occi-
tis usurpat.

piéron y el año de 1663 se bautizaron las
 mesmas nuebas imbiando en Fúcan, cheū Chri-
 stianos , que lo viessen . Et audierunt in-
 quam , Sacrae Romanae Ecclesiae Cardina-
 les &c priscae notae Theologi optolix as habes
 narrationes sacrificiorum (ut vocat) et tabula
 defunctorum antiquis dictas , ralorius item
 tabella , quā regem venerantur ; autorum de-
 nique Confucii , quibus Sincen Magistrum
 suum quandoque compellant , & speciali-
 ter tituli xiiii-vel . chī kīn : cuius tituli xiiii
 & vodam xliiij. versionem Hispánicam
 nimia . maiestate fulgentem Paternitas ves-
 tra affere numeri . antea vel tabernaculo est
 una tabla elevada de unai varia confeccas . le-
 das : ASSIENTO O TRONO DEL ESPIRITU O
 ANIMA , DE LOS SANTÍSSIMOS , & SUPEREX-
 CELLENTÍSSIMO PROTOMAESTRO CONCILIO .
 Et tamen Sacra Congregatio , ante-
 quam Pater Martini had Romanam Cu-
 triam accederet , ac Patronum Missionis hu-
 jus rationes exponeat , fecerit statuit (di-
 xi fide , quia non habeo ad manus ori-
 ginale & ideo formalia iuribea non reci-
 to , sed tantum verborum sententias , seu
 sensum Indico) circatabellas defunctorum
 quas R.R. Joannes Baptista in ut sedes
 aniflarii preposuerat : xiiii chas , vel xiiij gnes
 et dicitur alio in meupm ei . O reges
 nra . Aperte igsum tabernaculum affigitur tabu-
 la , cui haec litteræ inscriptæ sunt , scilicet feu-
 thorbus spiritus sive anima sanctissimi & super-
 excellētissimi protomagistri Confuci .
 Et tunc postea oblationes pax et cetera quæ
 sunt in eis

24. *De cultu Sinensium.*

^a non permittantur dictæ tabellæ in vero & proprio altari , multo minus permittantur sacrificia fieri. Ex sensu hujus primæ sententiæ colligitur tabellas defunctorum permitti quidem ; sed in vero & proprio altari colloqui non permittuntur. Colligitur item dictum Patrem dedisse notitiam variorum sacrificiorum seu cærimoniarum illarum quas Paternitas vestra vocat *sacrificium*.

Et hoc clarius patet ex sensu secundæ sententiæ circa tabellam , quâ regem suum Sinæ venerantur , in hunc ferè modum , ablato sacrificio & vere proprio altari , catena quæ redolent cultum politicum , vel ad cultum politicum facile reduci possunt , videntur posse tolerari. Pia mater Ecclesia in his gentilium regnis ubi nullam vim coactivam , nec sacerdotalem , nec Ecclesiasticam habemus , iudicat posse nos tolerare quæ olent cultum politicum , aut ad hunc facilè reduci possunt , quare nos non toleremus aliqua circa ritus Confucianos quæ non modo facilè reduci possunt ad ritum politicum vel hunc redolent , sed verè in Sinis sunt ipse ritus politicus ? ut genuflexionibus ; odoribus & muneribus honorare regni magistrum , hujusque memorativam tabellam venerari eomodo , quo venerantur magistros suos viventes. Quis unquam in Sinis vocavit Confucium litteris illis *Pū Sā* , quibus com-

* Verba formalia videntur esse hæc : *Censuerunt non licere habere illas tabellas in proprio & vero altari majoribus dicato ex manu scripto quodam de prompta pellantur*

pellantur numina & idola gelitis huius? Quis unquam ex magistratibus aut popularibus, ut supra dicebam, accessit ad aulam Confucii tempore fisciatis ad petendam pluviam, & rogandum Confucius ut subveniret communia populi necessitatibus? Si numen est, & tam magna artus præpotens idolum, ut illi meliora offerantur, ut magnutri fiat sacrificium; Las cosas ofrecidas a Confucio, sunt res Patericitatis vestras numero 26. In fin, mas preciosas son, que las que se ofrecen a los dioses, en el Confucio los nobles y terrados esperan recibir bienes, y los piden: en los nobles el vulgo y la gente ignorante no solo hay sacrificios, sino sacrificio grande. Quare nobiles & literati, si esperan recibir bienes y los piden, tempore commissio calamitatis, quando maxime indigent illius opere, opem non petunt ante statuam Confucii. Et tamen illo ipso tempore idola omnia, coelum ipsum, & alia minora humana, per sa dicta precibus fatigant.

Fateamur necesse est Confuciari ut magistrum coli, & cultu mere politico & litteratis qui cum fruantur in dies ejus libris & doctrina, ad gradum & honores consequendos, non est mitum si in grati animi

Ea que Confucio offeruntur, longe preciosiores sunt, quam que offerri solent idolis, atque ad idolis quidem solum vulgaris rite atque imperitum bona petis & consecutum se speras, à Confucio vero Nobiles ac Literati, rite petunt atque ejus opere se consecuturos esse confidunt.

dd

mempriam aulam illi dicarint, eum per honorificis titulis compellent, & aliquoties in anno eundem civiliter venerentur. Nec Sacram Congregationem latuere tituli isti Confuciani, ille præcipue titulus xim aut xim chi suprà memoratus.

Nam Responsio Sacrae Congregationis ad postulata P. E. Joannis Baptiste de Morales in hunc fere modum prolatæ fuit: si littera xim sit determinata ad significandum propriam & veram sanctitatem, illâ non utatur ad compellendum Confucium, si vera talis littera habet latitudinem ut possunt legari nunc Paternitas vestra, perlegatque Sinica dictionaria omnia, & erit mihi magnus Apollo, si alicubi inveniat litteram yim non dico determinatam ad significandum veram & propriam sanctitatem, multas enim habet significaciones, sed

Ex lún yu part. 4. fol. 7. pagin. 2. §. 2. sanctum illum vocant qui habet spiritualem quoadam claritatem, naturalem videlicet intelligentiam, quæ exhaustri requiri, seu percipi non potest ob suam sublimitatem, nam sicuti cum qui virtutibus & talentis naturalibus supra alios eminet vocant Sitæ kiüm à seu perfectum, ita cum qui ad summum hujus perfectionis naturalis accessit, seu accessisse preparatur, vocant sanctum, & quia Sitæ Confucium dum viveret vocabant sanctum & omniscium à maiestate, ipsemet facetur fol. 6. ibidem pagin. 2. §. 1. non fuisse tam, sed studio ac labore acquisitiisse sapientiam suam. Hoc eodem modo responderet Confucius ibidem fol. 9. p. 2. §. 3. dum

Vocarent eum adhuc viventem summè sanctum; seu chi xim summeque perfectum, quid igitur si post mortem eodem titulo magistrum compellant? Sanctitas Confucii modo accipienda videtur quo & ipsa sapientia, ex. gr. Platonis qui vocatur summè sapiens seu sapientissimus Plato, &c. quod xim litterā aliquando nōi animi virtutes naturales; sed Confucij doctes naturales, artesque liberales voluerint Sinenses significare constat ex lib. lūn yū pat. 5. fol. 2. p. 1. §. 4. & p. 2. §. 1. & 2.

an inveniat eam significare saltem semel veram sanctitatem, & aliquid super naturale secundum substantiam. Mutuati sumus nos hanc litteram ad compellantos sanctos, quia nobiliorem significacionem inter alias litteras habere cognovimus, & non sine additamento & explicatione, tum libris tum voce apud Christianos illā utimur; declarantes maximam diversitatem esse inter illos quos ipsis & quos nos litterā xim sanctos compellamus.

Si hæc itaque omnia audiverat Roma ante accessum P. Martini, & priusquam Patres Societatis auditj fuissent, quid miremur si accendentibus deinde Patronū nostrorum rationibus Sacra Congregatio per nova decreta in aliquo limitaverit priora decretā, data sub Innocentio X. Dixi, limitaverit, quia hoc ipso verbo usus est dectissimus R. P. F. Franciscus de Paula Provincialis Sacri Ordinis in urbe Manila & Sacrae Inquisitionis Commissarius, quando d d ij

legit ut audivimus, nova ista decreta, de quæ iis per litteras monuit subditos suos in Sinis degentes.

Diversitas igitur facti non consistit in eo, quod Pater Martinus nostræ hujus Missionis Procurator Romam missus brevibus admodum verbis dumtaxat, uti compendiōsè extant in formulâ illâ decretorum; quæ Romæ typis data est, proposuerit diversitatem facti, sed in eo quod sacra Congregatio longissimos tractatus & rationes viriusque partis serio expenderit, ac tandem judicaverit limitanda esse priora decretâ. Atque adeò non videmus quare P. V. in hoc suo manuscripto humer. 38. tantam vim faciat super illa verba, Sacræ Congregationis, *cum ex diversitate facti, &c.* quasi Roma audiverit dumtaxat P. Martinum diversimodè ac per paucis propinéntem factum, idèque forte videri de novo rectius ac per pluribus proponendum factum, præcipue cum videamus, P. V. in hoc suo manuscripto nihil novi ex substantialibus proponere, quod non priùs proposuerit R. P. F. Joannes Baptista, aut Romana Curia non legérerit. Non enim tantæ levitatis esse, ut suprà innuimus, Sacra Congregatio judicanda est, ut ad pauca unius hominis verba, statim suam jām latam mutaverit sententiam.

Ad id autem quod Pater Ignatius à Costa, & alius quem non nominat, in itinere

Pekinensi dixerint Paternitati V. a que no
le parecia bien lo que el Padre Martino havia
propuesto en Roma, &c.

¶. Extate adhuc manuscriptum P. Ignatii à Costa in manu P. Joannis Dominici Gabiani ex quo constat quæ mens fuerit dicti Patris à Costa, sed de hoc alibi. Dictus Pater Gabiani & nos sæpius audi-
vimus hæc à Patre à Costa, videlicet om-
nia à Patre Martino rectè fuisse proposita,
præter punctum illud juris positivi, debui-
set enim efficaciter proponere rationes, ne
obstringerentur ministri ad publicandum jus
positivum de jejunis, festis & ut obliga-
torum sub peccato mortali in hac Chris-
tianitate Sinensi, ubi nullam vim coacti-
vam habemus, & ubi graves persecu-
tiones oriri facile possunt ex conventu Chris-
tianorum in quibusdam diebus determi-
natis totius anni. Illa alia persona gravis
quam Paternitas Vestra non nominat ad-
huc extat in vivis, adeoque potest de sen-
su suorum verborum, quæ quondam fortè
protulit interrogari, nisi fortè in publico
cætu quem nuper habuimus, se se satis
declaravit, uti alii omnes Societatis Patres
ibidem se se declararunt, & tamen Pater-
nitas Vestra in hac re non instituit.

a Sibi minus probari id quod P. Martinus Ro-
mæ proposuerat.

III. Demostratio pro ritibus Confucianis
adversus Narrationem & Argu-
menta R. P. Navarrete.

Infirmatur 3º. ex ipsa facti narratione; quā P. V. n. 7. & sequentibus minutissimè omnia exponit. Ait enim a suppongo pues por cosa cierta, que los grados de bachilleros, y licenciados no se dan ni en el Templo de Confucio, ni en la sala antecedente llamada mīm lūn tān, ni dentro dē aquel edificio llamado H I O L I, universidad, o Escuela. Lo mismo digo de eos examenes: para estos han lugares particulares en las ciudades y Metropolis, donde examinados y approvados los ponen en unas tablas en lugar publico, &c. Ex vi destituta actione quedan graduados y gozan dē su grado, y dignidad sin necessitat de otra cosa; y menos de ir al Templo de Confucio. Ex

^a Suppono quod est certissimum, Gradus Baccalaurei & Licentiati non conferri neque in templis Confucii, neque in aula præcedenti, quæ Mīm lūn tān dicuntur, neque in eo toto edificio, quod appellant hia li, academiam vel Scholas. Illud ipsum dico de examinibus. Hæc enim fiunt in peculiaribus locis, qualia loca habentur in Civitatibus & Metropolibus, atque ibi Examinatorum atque approbatorum nomina publicè in tabulis descripta suo singula ordine 1. 2. & 3. Exponuntur. Atque ita, & ex istius actionis sententur ad gradus proiecti, suoque gradu ac dignitate eruuntur, neque necesse

est aliam rem ullam adhibere , multò minus conferre se ad templum Confucii,

his colligitur , quod ex hoc capite nihil superstitionis aut idololatricum agant litterati : adeoque quantum spectat ad examen vel gradus recipiendos , nullum habent impedimentum ad receptionem baptismi . Dubitamus tamen super illa verba : *T Gozan de su grado y dignidad fin necessidad de otra cosa , y menos de ir al Templo del Confucio .* Ratio dubitandi oritur ex iis quæ sincerè quidem narrat Paternitas vestra numero id agens de functionibus quatuor , quæ sunt en la Capella de Confucio o aula . Ait enim la. 3. función es la que hayen los graduados recibido el grado estos un dia señalado acciden al Prezor , y el con ellos van a la Sobredicha Capilla en alli les entrega al braço literario , y quedan exemptos del bras

¶ §. 10. Tertia fit ab iis qui ad gradus sunt admissi . Nimitum illi condicata die ad processum convenienter , atque ille cum iis omnibus ad predictum facillum progesditur , ibique eos veluti brachia litteratio tradit , unde jam immunes sunt , ut ita dicam , à brachio sacerlari , veniuntque in potestatem eorum quos appellant *hio quon* , sive studiorum Rectores . Ibi se ante Confucii altare prosternunt ; atque oderamenta offerunt in prunariis , gratias agunt pro excellenti ipsius doctrinā , sequē discipulos ejus proficiuntur . Unus ex iis altā & clarā voce recitat orationem plenam Rhetoricę floculis . Quibus peractis domum redeunt omnes , atque inde eorum nomina libris regis describuntur , & sic immatriculantur .

go secular, ut ita dicam, y sujetos à los hiò quón o Preceptores de los estudios. Allí se postrán ante el altar de Confucio, y ofrecen en braseros piveles, danle gracias por su doctrina, y profesan ser sus discípulos. Uno de ellos en voz alta hace una oración retórica, y se bueluen, quedando ya matriculados en los libros reales.

Ut ratio dubitandi clarius procedat & ambages omnes ponitis tollantur, explicanda sunt prius illa verba. Acceden al Prætor. Nunc Paternitas vestra Prætorem non, cum vocat quem antea numero 7. vacavit, El magistrado real llamado Tí. hiò táo, este es el Canciller, maestro escuela y el todo. (partum enim refert, an sic is urbis Prætor, vel idem Tí. hiò táo. Quisquis ille sit, cancellarii munus agit). Prætor igitur hic idem est ac Cancellarius cum suis examinatoribus, & aliis Mandarínis sociis, ac Doctoribus, quorum operâ usus est Cancellarius ad examen, non enim solus Cancellarius (ut ratio postulat, & experientia novimus) ad hanc 3am. functionem, quæ est perfectio, & complementum gradus, procedit a : Explicanda sunt a Graduandorum examen capit initium ab ipsis civitatibus quæ subjacent majoribus urbibus: quos hic Prætor & Examinateores existimarent habiles, offerunt Prætoribus majorum urbium examinandos & hi Prætores offerunt deinde summum Cancellario, eos quos habiles invenerunt, summus Cancellarius seu Hiò táo post aliud examen eorum quos graduandos existimavit, nomina exponit in tabula ab omnibus legenda, eos remittit matriculandos ad Prætores & Cancellarios cùjusq; civitatis.

item

item illa verba offrecen en brazeros pivetos,
danle gracias por su doctrina, &c.

Quamvis offerre odores & gratias politè referre, ob doctrinam illis reliquam, in grati animi memoriam, genuflectere & similia juxta hujus gentis ritus, sit cultus merè civilis tamen non videtur hoc verificari de litteratis graduatis aut graduandis, & tercentenis qui in hac tertia functione merè assistant aut expectant matri-culationem seu complementum gradus: hi enim universaliter loquendo, nihil omnino offerunt, nec quidquam recitant in gratiarum actionem sed factâ cærimoniam ac reverentiâ more Sinico ante tabellam Confucii, quem ut regni magistrum agnoscunt ac venerantur, discedunt. Paternitas vestra fortassis loquitur de Cancellario ac sociis ejus ac paucis quibusdam aliis Mandarinis, qui hæc offerunt & horum paucorum oblationem applicat omnibus aliis litteratis gradus complementum expectantibus. Notavimus hæc ut narratio sit clara, & veritas elucescat, non quia putamus illicitam esse in Sinis oblationem politicam odorum aut munerum.

Quod autem hæc oblatio spectet ad paucos illos Præfectos & non ad omnes litteratos, patet ex iis quæ Paternitas vestra numero 15. fatetur illis verbis: *El Emperador Húm uù mando, &c. y que se elijan prefectos letrados, y à hijos tuyos para estas ceremonias, &c. á los principios entendia yo, que*

ee

qualquier letrado podia porsi ofrecer las cosas dichas, y hacer los dichos sacrificios. Chō-fí-chí Christiano antiguo de Ham-chū, y kiám biō tiē muchos años, por nombre Clemente, me dixo que ninguno podia hacer esto sino los prefec-
tos, &c. y que los letrados que assistian fuera de los ministros estavan atrás, b &c. Explican-
da denique sunt verba illa y el con ellos van
á la sobredicha capilla.

Si Paternitas vestra pro capellâ intelligit locum illum nec adeò latum & capacem, ubi collocata est tabella memorativa Philosophi, aut hujus statua, (quamvis statua Confucii passim non extet in aulis) nunquam audivimus litteratos dicentes, quando petunt ad aulam Confucii, si interrogentur quo petant, *Imus ad Confucii*

a Notandum est in hac 3. functione (quando graduandi matriculari debent aut graduari) omnes assistere & nisi adsint, eorum nomina expungi à libris Regiis : nullam fieri actionem ex iis quas opugnator vocat *sacrificium*. Has enim actiones aliis temporibus fieri, nempe vere & autumno bis scilicet in anno (quando non omnes litterati sed aliqui : & hi non ex necessitate accipiendi gradum, aut matriculacionem assistunt) manifestum est.

b Jussit Imperator Hum-vu..... Eligi ad has cærimonias peragendas Litteratos Praefectos ; vel eorum certè filios..... Credebam ego primum eas quas dixi res, à Litterato quovis offerri posse, atque item sacrificia prædicta fieri. Sed Chō-fí-chí Christianus antiquus ex urbe Ham-chū, qui que per multos annos fuit kiám biō hē, Clemens nomine, me docuit id à solis Praefectis præstari posse ;... Litteratos vero qui adessent pene ministros consistere.

statuam aut Capellam , sed passim respondere
imus ad biō lì , vel ad vēn miō , quod idem
litteraliter significat , ac imus ad littera-
riam domum vel ad eloquentie aulam , seu
templum , & hoc Paternitas vestra etiam
faretur numer. 7.

^a Hay una como capilla , à qui se sube
por sus grados ; sobre la puerta está este ro-
tulo veñ miaó Esto es Templo de la sabiduria ,
o eloquencia ut ita dicamus (hoc ipsum cla-
rè indicat pertinere omnia ad rem littera-
riam , & non solum olere aut reduci pos-
se ad ritum politicum , sed verè esse politi-
ca) la puerta unas veces está abierta , otras
cerrada . Dentro está la estatua del Confucio den-
tro de un tabernaculo con dos medias puertas
cerrado que solo se ^b abren , quando le sa-
crifican . Si inquam , intelligit locum istum
materialiter sumptum , angustus est sanè
locus pro tot centenis litteratorum , si
moraliter accipiatur locus , scilicet , litte-
rati eo fine èd petunt , ut ibi Confucium

^a Est una quasi capella in quam ingrediun-
tur qui graduandi sunt. Janua titulum hunc præ-
fert ; *ven miō* , idest , templum Sapientiae vel
Eloquentiae , ut ita dicamus. Interdum aperta
est janua , interdum clausa . Intra capellam est
Confucii statua clausa tabernaculo quodam , cuius
duæ valvæ tunc solùmmodò aperiuntur , quando
paragitur Sacrificium.

^b Que solo se abre quando le sacrifican . Se
queretur ex his verbis , quod portæ illæ non a-
perirentur in hac 3^a. functione , quando gra-
duandi matriculantur . Quia in istâ functione nul-
lum sit Sacrificium .

in Cappellâ constitutum venerentur ; Distinguenda est hæc propositio ; sic ut venerentur eum tanquam Regni Magistrum , & cultu politico : concedo ; ut venerentur tanquam idolum , & cultu idololatrico nego. Præterquam quòd finis præcipuus Cancellarii & Præfectorum sit dare complementum gradus : litteratorum verò finis sit accipere gradūs complementum , & per matriculationem in Regiis libris eximi ab oneribus plebeis , verberibusque Præfectorum.

Accedit , quod nisi quæstio fiat de vocabulo , usus & experientia docet , totum illud ædificium adæquatè sumptum assimilari præfectorum tribunalibus ; atque adeò potius litterarium tribunal aut gymnasium dicendum est quam templum , vocant enim illud uti suprà innuimus , *hiō* lì studiorum domum ; *hiō taīn* litterariam aulam ; *reñ miáo* eloquentiæ aulam vel templum & quamvis etiam utantur voce *miáo* ad compellenda idolorum templo , etiam eâdem voce utuntur ad compellendas proavorum aulas , regias videlicet *ēum miáo* , quæ non sunt templo idolorum & ante natum Confucium , adeoque ante inductas idolorum sectas in Sinas usus jam erat hujus vocis *miáo*. Videtur igitur quæstio hæc magis ad nomen spectare quam ad rem.

Si autem ad institutionem primariam hujus domus : revertamur , nobis favent

Verba Paternitatis vestræ eodem numero 7.

a Dentro hai un gran patio abierto á cuyos lados hai dos casas , donde viven los Maestros, Preceptores o Prefectos de los letrados : tienen alli su Tribunal : aqui se matriculan los graduados. (Ubi vivunt Mandarini judicantes causas civiles aut criminales nonne vocantur domus judiciariæ ? Quare igitur ubi vivunt Præceptores docentes cum suo tribunali litterario non vocantur domus litterariæ ?) En la parte interior del dicho hai una sala llamada miñ lun tāñ , esto es Aula o gimnasio , en el qual se explica , y trata de los cinco ordenes naturales de succession , que pone el China. Esta aula , dizen los letrados , fue instituida para enseñar alli sus sciencias , cuyos Maestros , y Preceptores eran los nombradas Hiò

a Est interior area quædam amplissima ; In eâ sunt ab utraque parte ædes , in quibus degunt Litterarum Magistri , seu Præceptores ac Præfeti. Ibi jus litteratis dicunt : Ibi matriculan- tur Graduati.... Intrà est aula quædam , quam vocant miñ lun-tāñ , idest , aula seu Gymna- sium , in quâ disceptantur atque explicantur ordines quinque naturales successionis , quales à Sini agnoscantur. Ajunt Litterati institutam fuisse hanc aulam , ut in ea Sinenses litteræ ac disciplinæ traderentur , nimirum ab iis quos vo- cant biō quoñ . Sed cum nunc quidem tot sint ubique scholæ , & tot magistri , prædicta aula hunc dumtaxat usum habet , ut in eam conve- niant Litterati , quoties Mandarino urbis aut oppidi præfecto visum fuerit eos convocare ad aliquos librorum suorum textus explicandos. Sed & eodem convenire solent ad negotia com- munia pertractanda.

quoniam. Agora como tienen tantas escuelas, y maestros, dicha aula solo sirve para que los letrados llamados por el Mandarim de la Ciudad, o villa se junten allí á explicar algunos lugares de sus libros: tambien suelen ajuntarse á tratar negocios communes.

Ex quo infertur hanc domum adæquate sumptam ex institutione primariâ esse litterariam domum (non autem templum propriè datum) & adhuc retinere ac conservare immutatam suam primam institutionem. Nam adhuc ibi præceptores vivunt, adhuc ibi explicantur libri, adhuc videntur ibi litteratos matriculari, & accipere litterarii gradus complementum, & nulli patere, nisi ipsis litteratis aut Mandarinis, sed his ad tractanda negotia communia raro & per accidens, quando scilicet in aliquâ urbe paupere non invenitur alias aptior locus ad communia negotia tractanda.

Si Universitates Europeæ, quamvis in earum facillis quotidie offeratur verum Deo Sacrificium, non tamen vocantur *templa*. Quare hæc aula ubi tantum bis in anno aguntur functiones illæ quas oppugnator vocat *sacrificia*, & ubi de cætero toties quoties Cancellarii velint, convocantur litterati ad libros explanandos &c. vocabitur proprio templum?

His ita explicatis, ratio dubitandi super illa verba Paternitatis vestræ, quæ supra retulimus, y gozan de su grado y digni-

dad, sin necessidad de otra cosa y menos de ir al Templo de Confucio. Clarius procedere non videtur. Nam si nihil aliud graduatis, aut graduandis necesse foret post examen probè peractum, ad hoc ut gauderent gradu & dignitate, (loquimur quoad usum, vel complementum ; in actu enim primo & incompletè gradus iste & dignitas non modò illis ad nihil inservit, illisque nullo modo gaudent, sed etiam si non accedant ad hanc 3am functionem ex legum & usus vigore debent amittere gradum) sequeretur, quod absolutè, & juxta leges, ac usum non assistendo, aut saltem nunquam accedendo ad Aulam Confucii, manerent nihilominus matriculati in libris Regiis, adeoque exempti ab oneribus plebeiorum, & Prefectorum verberibus, quod falsum est & contra experientiam,

Nam si quis non accedat sine justa causa, vel nunquam velit accedere aut matriculari, eo ipso amittit omnem gradum illum in actu primo, & quoad actum secundum remanet sicut unus è plebe subjectus præfectorum verberibus, neque induere potest vestem illam specialem litteratorum, adeoque totius familie honor litterarius famaque patitur.

Tanti momenti est ista assistentia, & matriculatio graduati, aut graduandi, ut hac ipsâ matriculatione non positâ, litterati nullus sit gradus, nullus accedat

honor, nullaque exemptio à pœnis.

Scimus Paterniratem vestram nu.10. huic difficultati occurrisse illis verbis. a Si algun graduadq por enfermedad o algua impedimento no acade à esta función , conque despues se presente a los dichos Hiō quon , le matriculan y queda como los demas , sin que en esto haya difficultad alguna. Ex his verbis magis clare patet , b que para gozar in actu 2º. de su grado , y dignidad , necessitan de otra cosa y mucho mas de ir al Templo de Confucio , ad accipiendam matriculationem , ubi Hiō quon , seu Präceptores eos exceptant , & inde magis patet necessitas , quod nec ipsa infirmitas eos excuset. Debent enim cùm convalescunt omnino accedere ac matriculari , aliter non gaudent gradu & dignitate. Adde quod tunc litteratis non sic difficultas , si statuto tempore non accedant , quando Cancellario , aut Präceptoribus constat eos vel aliò migrasse ob urgens aliquod negotium , vel re verâ infirmos esse , si vero constet , eos fingere negotium urgens aut infirmitatem , difficultate matriculari possunt , atque adeò (nisi summa vis pecuniae offeratur ex quo tota

a Si quis Graduatus ex infirmitate aut alio quovis impedimentoo illi functioni adesse non potest , simul atque se sistit ante predictos Hiō quon , sine ulla difficultate matriculatur , atque eodem prorsus jure gaudet quo cæteri.

b Ut gradu suo ac dignitate fruantur in actu 2º. necessarium esse aliud quidpiam , & maxime ut ad Confucii templum se conferant.

familia

familia patitur) in libris regiis eorum nomina non scribuntur, & ita remanent, ac si nunquam ad examen accessissent.

Nec nos latet Paternitatem vestram huic etiam difficultati occuruisse eodem numero 10. cum ait *y la experiencia de años en Fō ním y en Fō ngāñ donde los Bachareles Christianos jamas acudian á este, presentandose despues sin difficultad alguna los matricularon, sabiendo los Pretores Hiō quoñ y graduados infieles, y gruñendo algunas veces y otras dissimulando, passaron siempre assi.* a Ad hæc dicimus, annosam hanc experientiam in duabus illis civitatibus prænominatis (& probabiliter putamus Paternitatem vestram non loqui de multis Baccalaureis Xpañis. Scimus enim Paternitates vestras scrupulis semper agitatas fuisse in admittendis litteratis his ad baptismum) ut Paternitas vestra fatetur, fuisse simul experientiam tamē, quæ nunquam suo periculo caruerit, cui se exponebant litterati isti Christiani, quamvis pauci sciliçet, sine ullâ gravi necessitate exponebant sese amissioni pecu-

^a Hoc multorum annorum usu atque experientiâ probavimus in civitatibus Fō ním & Fō ngāñ, in quibus Christiani Baccalaurei nunquam ad eam functionem obediadam accesserunt. Atque illi tamen posteà cum se offerrent, in album absque ulla mora sunt relati, scientibus id & cognoscientibus prætoribus biō qüön & insidelibus graduatis; Neque aliter unquam contigit, sive illi mussarent, ut sit, ac murmurarent, sive dissimularent & conniverent.

ff

niarum , & in multa quantitate ex suppositione quod fingerent causam non accendi statutis temporibus , aut amissioni gradus & honoris litterarii , quo tota eorum familia decoratur , ne loquar de periculo Christianitatis : poterant enim esse causa , ut gravis persecutio contra Ministros , & legem Sanctam excitaretur , quasi nos insinuaremus Christianis odium contra Confucium , & contra ritus regni merè politicos . Et ne sine aliquo fundamento hæc videamur asserere , Paternitas vestra idem sentire videtur illis verbis (aut saltem ex verbis colligi potest) *Sabiendola los Pretos Hñō quon y graduados infieles , y gruñendo algunas veces , y otras dissimulando.* Verbum istud gruñendo proxime accedit ad minas , & deinde ad pœnas subeundas : verbum *dissimulando* , (quia qui dissimulabant , erant gentiles nec nostræ legi benè affecti) accedit etiam ad minas interiores in casu nostro , quæ quamvis ob aliquas circunstancias personæ , loci , aut temporis non opportuni non illicò prodeant in actum , tamen actus seu accusatio reservatur fortassis in tempus opportunius , interim manet illis altâ mente repositum .

Per accidens igitur videtur esse quod non fuerint accusati juridicè , vel quia paucorum litteratorum numerus non adē oculos feriebat , si non accederent statuto tempore . (Quid si centeni aut mille litterati aut his plures Deo volente baptizentur , & il-

lorum nullus accedat) vel ob aliam similem causam factum est, ut hujusmodi pauci litterati non passi sint à suis inimicis aut à gentilibus gravia incommoda una simul cum amissione pecuniae aut gradus aut honoris. Cæterum ex natura rei & more ac statutis regni ea omnia pati debuissent.

Adde quod nihil violentum durabile
gratia , dissimular , reducuntur ad statum violentum.

Quod antea non contigit , potest in momento contingere & tandem sero medicina parabitur. Et quidem (ut dixi) quare sine ulla necessitate doceamus Christianos , ne assistant in aula Confucii matriculationis tempore statuto , cum hæc omnia , quæ hucusque dicta sunt , sint merè ceremoniæ litterariæ aut cultus merè politicus , uti Sacrae Congregationi visum est & seriò legenti , ac sine mente præjudicata consideranti manifestum item erit.

Ex his colligitur 1º. Patrem Martinum de Martinis è Societate I e s u Sinicæ Missionis Procuratorem nihil Romæ proposuisse , quod esset à veritate alienum: Nam in hunc modum proposuit 3º. queritur , num accipendorum graduum ceremoniam quæ fuit in aula Confucii Christiani litterati agere valeant. a Per hæc verba P. Martinus non querit de ceremoniis aut examinibus illis , quæ fiunt in aliis aulis & locis , quia de his nemo dubitavit ; sed de

* Verba Pattis Martinii.

his cérémoniis quæ in aulâ Confucii fūnt; ubi fit cærmonia completiva graduum: de his enim , & non de illis à Patre Fr. Joanne Baptista de Morales dubitatum fuerat. ^a Nam nullus intervenit sacrificulus vel ex idololatricâ sectâ ministellus : nihil omnino fit ab idololatris institutum. (Quàm vera sint hæc verba infra patebit : & ipsa Paternitas vestra verborum veritati etiam favet n°. 23. agens de sacrificulis , & ministellis sectæ idololatricæ , cum ait ^b No pregunto si es sacrificulus o ministellus de las dos seéetas distinetas de la de los letrados , esto y la del Fô y lab qù. Si esto quiso dezir el P. Martino en aquellas sus palabras , dice la verdad , porque los letrados no mesclan con sus ceremonias las de las dos seéetas , &c.)

^c Sed soli studiosi , & Philosophi conveniunt Confucium tanquam Magistrum suum agnoscentes civilibus , ac politicis ritibus ex sua prima institutione ad merum cultum civilem instituitis.

Nulla in his verbis apparet falsitas , quod soli litterati ad Aulam convenient , ex su-

^a Verba Martinii.

^b Non quero án sit sacrificulus aut ministellus (ita vocat Navarretta , quod alii dicerent parvum sacrificium , parvum ministerium) ex duabus illis seéetas , quæ prorsùs à Litteratorum sectâ diverse sunt , scilicet Fâ & Laö sú. Illud si voluit Pater Martinus iis verbis quæ jam attulimus , verè dixit. Constat enim Litteratos proprias duarum seétarum cérémonias suis non admiscere , &c.

^c Verba Martinii.

prædictis constat uti etiam constat quod Confucium non tanquam idolum, sed tanquam totius Regni Magistrum politicè ac civiliter venerentur. Quod autem spectat ad ea quæ permittuntur Christianis ex cæmoniis illis, quæ hac nostrâ ætate fieri dicit Paternitas vestra in aliquibus urbibus, ad quas pervenit, illa duntaxat permissa illis sunt, quæ non modò ex primâ institutione instituta sunt ad politicum cultum, sed etiam hodieque politicè exercentur erga Magistros, erga Parentes, erga que Præfectos de populo benè merentes: ut sunt odores, genuflexiones, munera, &c. quæ in Sinis sunt res indifferentes ad hunc vel illum cultum exhibendum. Atque adeo merè politica censentur illa de quibus Paternitas vestra num. 96. mentionem facit cum ait. *La 2^a. función es la que se hace à los primeros, y quinze de cada luna; esta se llama hiñ hiám, esto es quemar olor? En estos tiempos los Prefectos acuden à esta Capilla, y ante la estatua, y tablilla queman olor; incan las rodillas, y baten cabeca en el suelo; venerando assí su Maestro se buelven à sus casas, &c.)*

2 Secunda functio pertinet ad plenilunia & novilunia cujusunque mensis. Ea vocatur him hiam sive odoramenta incendere. Tum præfeti pergunt ad illud sacellum, atque ante statuam & tabellam odores incendunt, genua flectunt, & solum fronte percutiunt. Deinde post exhibitam hoc pacto præceptoris suo reverentiam, domum levantur.

a Omnes enim graduandi simul in aulam Confucii ingrediuntur in qua eos expectant Cancellarii Doctores, & Examinateores. (Verè graduandos vocat, non autem graduatos quia deficit illis complementum gradus, sine quo non possunt existimari graduati. Dixit. Expectant quia postquam Præfecti omnes ad suum locum accesserunt, deinde litteratorum, aut graduandorum turbā vocatur. Cancellarii Doctores sunt Ti hiō rāo primus, & ipsi Hiō quon^b b & urbium Prætores cum sociis doctoribus. Examinateores dixit, non quia in hac 3^a. functione priora examina repetantur (hic enim locus aliquis librorum Confucii explicatur ab eo litterato, cuius nomen sorte selectum vocatur, fitque oratiuncula quædam ad pompam; sed quia hic etiam assistunt examinatores aut omnes aut aliqui.

c Ibi simul omnes ante nomen Philosophi nihil omnino offerendo faciunt illas ceremonias; quas omnes discipuli faciunt magistris suis viuis: à se ita cognito Philosopho Confucio ut Magistro gradus accipiunt à Cancellariis, ac discedunt.

Hæc omnia ex supradictis esse vera ostenduntur: litterati enim graduandi (communiter loquendo) nihil offerunt quamvis

a Verba Martinii.

b Seu præceptores, aut cum non adest primus, quod passim contingit, Cancellarius, Cancellarii sunt ipsi Hiō quon^b.

c Verba Martinii.

si politicè offerrent, quæ suis vivis magistris festivis Regni diebus, aut in diebus quibus natalitia celebrantur, offerre assolent, nil idololatricum committerent. Dixit, gradus ^a accipiant hoc est graduum complementum, & matriculationem in libris regiis, quâ eximuntur à numero plebis & à verberibus Praefectorum.

Præterea aula illa Confucii gymnasium est, & non templum propriè dictum: nam clausa omnibus est, præterquam studiosis. ^b Hæc ultima verba, quam vera sint, tum ex supradictis, tum ex infra dicendis facilè colligi poterit.

Colligitur 2^o, totam difficultatem P.V. redactam jam videri ad hæc ipsa ultima verba à P. Martino Sacræ Congregationi proposita: non quidem propter nominis mião significationem (ad hanc enim nominis quæstionem jam supra satis respondimus) sed propter facti quæstionem, seu propter functiones, quas fieri afferit P.V. in quibusdam Sinarum urbibus: & vocat functiones illas *Sacrificia*, ac in iis adesse putat *Sacrificantem*, distinguit officia *Ministrorum assistentium*, & *Magistrum ceremoniarum* constituit.

^a Eodem verborum stylo usus est P. F. Joan. Baptista de Morales in sua propositione ait enim: *Item omnes litterati, quando accipiant gradum, debent ingredi Templum istius Magistri & facere genuflexiones.*

^b Verba Martinii.

Ad hanc difficultatem mox infra respondebimus. Interim stat, quod litterati Sinenses, quantum spectat ad hoc caput, ex eo quia assistant statutis temporibus in aula Magistri sui Confucij (principiè quando matriculari debent) & genuflectant ante ejus tabellam, vel offerant etiam odores, & cætera agant similia, quæ in Sinis respectu magistri merè politica sunt & fiunt in grati animi memoriam ob doctrinam, quam ex ejus libris hauserant, & in dies hauriunt, nullum habeant impedimentum ad receptionem baptismi: Præterquam quod si adhuc non sufficiant ad probabilitatem hujus sententiæ rationes adductæ, nec authoritas tot Patrum societatis prædecessorum ac præsentium; satis superque sufficere videtur sacrae Congregationis decretum illis verbis expressum,

IV. Demonstratio pro ritibus Confucianis adversus narrationem & argumenta Navarrettæ.

Propterea sacra Congregatio juxta ea quæ superius proposita sunt, censuit permittendas Sinensibus Christianis prænominatas ceremonias, quia videtur cultus esse merè politicus & civilis.

Infirmatur 4. omnia illa quæ narrat P.V., n. 11. 12. 13. 14. & 15. videlicet functiones spectantes ad sacrificium ut vocat, (cum non sint propriè sacrificium) quod preces recitentur in aula, & petantur fælicitates, (cum reverâ non

non preces sed encomia sint;) quod Confucio offerantur à Cancellario, vel à Prætorie semina & fructus terræ super mensam unam ante ipsius tabellam; & super aliam in atrio positam accensis candelis, offerantur odores; quod item in ipso atrio ex porcis vivis feligatur ille, qui ad contactum calidi vini super auriculam effusi caput movet, & huic caput moventi Cancellarius reverentiam faciat antequam mactetur (sci-
re juvat, porcum mactari non ante statuam aut tabellam, nec à Cancellario, nec à litteratis, sed à publico macellario cuius munus est mactare porcos) & aliam faciat reverentiam, postquam mortuus est porcus: quam cærimoniam P. V. vocat, ^a *Haze se la ceremonia de escoger las rezas, y aceptar las rezas.*

Sciendum est morem fuisse priscorum ut ex libro *Sú xu* constat, cum munera acciperentur aut offerrentur præcipue à Regibus vel magnis Præfectis, ipsi muneri oblatto multas solere fieri reverentias ab acceptante vel donante in signum magnæ illius reverentiae, quæ tantis viris debebatur.

Quod radant pilos & porci intestina extrahant, hoc faciunt semper Sinenses, quoties occisum porcum alicui mittunt in munus. Quod tamen aliquid sanguinis & pilorum servent in sequentem diem, in quo Cancellarius ea offert ante statuam Confu-

^a Fit cærimonia eligendi atque accipiendi animalium carnes.

cii, & deinde Ministri ad ostium procedunt, ibique sepeliant, &c. omnia, rursum quam, ista sunt, quæ P. V. videntur esse superstitiosa, idololatrica, & ad sacrificia propriè dictum spectantia: attamen cum omnia hæc non sint per se mala, sed tantum mala essent, in quantum malo nomine & usu adhiberentur, Paternitas autem vestra hinc narrans quæ sunt in aulâ Confucii ex ipsâ narratione concludere videatur, illa omnia esse superstitiosa aut idololatrica absque eo quod proponat nobis finem, & usum ob quem sunt, & instituta sunt hæc omnia à Sinensibus; nullam contrâ nos vim habere censemur ejusmodi narratio. Cum itaque idolatriam definiant Doctores esse exhibitionem divini cultus ei factam, qui non est Deus, quamvis P. V. nitatur quidem probare, Confucium esse *idolum* in Sinis & Sinas tribuere animabus defunctorum *aliquid numinis*, tamen ex nostrâ hac responsione colligere quidem poterit, quâm hoc sit falsum. Cum item superstitionem definiant, esse vanam religionem, contra Dei cultum, & fiat duabus modis 1. quando Deo vero exhibetur cultus eo modo quo non debetur. 2. Quando exhibetur cultus Deo falso: quæ superstitio quinque sub se claudit species, idolatriam, magiam, divinationem, maleficium, & vanam observantiam: quæ quidem vana observantia, cum tunc sit, quando adhibentur ea media ad aliquem

effectum , quæ vim non habent ad illum obtinendum ; sed Dæmon tacitè invocatur , & Dæmonis operatione effectus contingit : subdividitur illa in quatuor species , in artem notoriam , in observationem sanitatum , in cognitionem futurorum eventuum ex observatione rerum impertinentium , & in gestationem rei sacræ cum aliquâ circunstan- tiâ vanâ . Petimus à P. V. ad quamnam superstitutionis speciem judicet pertinere ea omnia quæ narravit fieri in aula Confucii , nonnisi ad idololatriam pertinere , respondeat , necesse est : adeoque quæstionem totam ad hoc reduci putamus , an scilicet Confucius per ea omnia suprà narrata colatur à Sinen- fibus tanquam *idolum* , & cultu religioso , un verò tanquam Regni totius magister & cultu merè politico ac civili . Quâ deinde quæstione resolutâ constabit etiam clarè , apud illa quæ narrantur à P. V. fieri solita in quibusdam Confucii aulis sint superstitiones , apud verò politica .

EXCERPTA

Ex R. PATRE FRANCISCO BRANCATO.

AD majorem tei claritatem & quæstio- nis solutionem placuit hic inserere ea , quæ Pater a Franciscus Brancatus Socie-

* Is èrat eo tempore unus ex antiquissimis Missionariis Sinenibus.

tatis nostræ ex libris Sinicis deprompta nup̄t
exposuit, seu potius litteraliter vertit, cum
P. V. manuscriptum legeret. ait enim :

„ Si nocte horridâ in multivio positus viæ
„ ignarus viator paulisper hærebat; lauda-
„ tur à prudentia, attamen illucecente die;
„ & accedente viarum gnaro ductore eum
„ velle in seodem multivio adhuc persistea-
„ re, quis non miretur? Per octoginta & am-
„ plius annorum spatia viam hanc rituum
„ morumque Sinicorum Societatis Patres
„ ambularunt, & horum primi viatores
„ viginti fere annis (antequam scilicet lux
„ & scientia librorum, titulumque gentis
„ accederet) in multivio seu multiplici
„ examine paulisper hærere non dubitarunt;
„ donec indagatæ veritatis dies illucesse-
„ ret. Præcessit itaque peregrinæ linguæ im-
„ probus labor & studium, præcesserunt
„ & nubila dubiorum, præcesserunt deni-
„ que postulata toties missa ad Europearum
„ universitatum Theologos, non paucos
„ ut tantis ex Theologia ductoribus, unâ
„ omnibus esset veritatis via quæ veluti uni-
„ ca recta linea à puncto ad punctum ducta;
„ tot Societatis Patres, & Missionis Sinicæ
„ Theologos in unam eandemque senten-
„ tiam colligaret, illuxit tandem dies, &
„ ritus Sinarum politici erga magistrum
„ Confucium, ergaque defunctos pro-
„ genitores directi tandem, atque dis-
„ tincti ab idololatricis, & superstitionis
„ apparuere. Ad hæc accesserunt gnari veri-

tatis ductores, Sacræ scilicet Congregatio-
nis decreta & tamen cum hæc omnia
præcesserint (quod mirum sanè est) ad-
huc hodie videmus viatores quosdam
hærere in bivio, & quidem ita firmiter
hærere ut non dubitent claræ diei dubio-
tum nubila apponere.

Hi nuper in publico Cantonensi coetu
viginti trium Patrum narrationem ejus-
modi de ritibus Confucianis instituerunt ,
adèque deformes depinxerunt ritus ,
ut vel me dubium reddiderint an forte
ritus illi : (quos per triginta annorum
spatia , quibus inter Sinas litteratos ac
populares versatus sum , civiles esse cog-
noveram) in aliquâ tandem Sinarum Pro-
vincia à sectariis deformati fuissent.

Quoniam verò ad manus deinde meas
viatorum horum manuscriptum pervenit,
cum advertèrem eos vihi omnem defor-
mitatis rituum fundare præcipue in sta-
tutis quorumdam imperatorum , placuit
iterum statuta regum relegere , & (mei
unius sententia studioque non fidens) in
iis exponendis uti volui, operâ amici cuius-
dam Mandarini ethnici *cāi hō fám* dic-
ti , qui ante annos duodecim in civitate
sám Kiam me intèr amicos habere voluit,
& casu hoc anno 1668. in provinciam
hanc Cantonensem ad negotia peragen-
da se conferens in hoc nostro exilii loco
the pluries visere , familiariterque mecum
agere non est dignatus. Is rituum doc-

„ trimis maximè eruditus , quin etiam hoc
 „ ream & gradum in iis adeptus januam
 „ mihi ad multorum rituum intelligentiam
 „ aperuit , evolutis igitur iis , quæ reges
 „ ex familia mīm statuerunt in honorem &c
 „ memoriam Confucii totius regni magistri,
 „ nihil in illis inveni quod non oletet cul-
 „ tum politicum ab omni prorsus supersti-
 „ tione alienum . Quapropter ut horum ri-
 „ tuum notitia ad eos etiam qui Sinicas lit-
 „ teras non didicerunt perveniret ; eos de
 „ verbo ad verbum in nostrum latinum
 „ idioma transluli , parùm laborans de ser-
 „ monis elegantiâ ; ut sine fuso veritas
 „ elucescat .

§. I.

**Constitutiones Imperatorum Sinensium de
 ritibus Confucianis cum interpretatione
 litterali & Paraphrastica textus Sinici.**

Itaque statuta primi Regis familia mīm
 sic habent :

a Hüm vu , (primus familia mīm Rex
 Imperii) primo anno , ipso regnatus sui ini-
 tio , per diploma regium , cunctos spiritus
 donavit honorifico titulo , aut cognomento .

b Solummodo Confucium donavit præ-

a Hüm vu yvén nién què cõ cháo chim chüt xin
 fûm hão .

b Guki cùm cù fûm etö tê gêm Ki Kien.
 Mùi suá Lh' , &c .

De cultu Sinensium.

a Fedorum dignitate ac titulo , (ut pote qui non ingrediatur catervam illam numinum , seu idolorum ac spirituum , quos Sina religiose colunt) hoc autem datâ-operâ factum est , ut felices sicut-antea ipsius antiqua dignitas continuaretur. Itaque singulis annis Tim (a Tim E littera significat dies illos , quibus fiunt ritus in aula Confucii ,) servatur hac regula : Mittuntur Mandarini , ut oblationes & munera offerant in regni Gymnasio , seu studiorum autâ , quæ hiō dictâ :

b Singulis item mensibus bis , primâ scilicet & decimaquinta die luna , mittuntur e Regio palatio ad aulam Confucii Eunuchorum aliqui , qui afferant odores.

c Prima dies luna , tunc cum se oblatio vini , & agitur præparationis oleorum ri- tus , statutum est , ut esset illa qua secundæ vernæ & autumnalis luna prima dies est.

d Rex die illa Tim dictâ offert odores , & mittit præfectos ad offerenda munera Con- fucio in regni gymnasio.

e Hûm vù Regis quarto imperii anno iterum statutum est , ut omnia & singula ,

^a Mùi suí l'h Tim chuén chí xièn quoñ ci yû quæ hiō.

^b Mùi yve só vam xièn nñi quoñ xiám hiäm.

^c Sô gë cé ciéu , hûm xé cài li tim iì chûm chûn ciéu.

^d Xám tim gë xiám hiäm xièn qaoñ ci cum çù yû quæ hiō.

^e Hûm vù sú niên Kém tám cõ chí cão ngán pieñ ciéu sú quæi tám hûm sié yûm cû ky sém yûm xô .

que ad oblationem spectant, exponerentur ac collocarentur super altam mensam, videlicet vasa & canistra viminibus contexta, alia quoque vasa, aliudque instrumentum hinc dictum, sed omnino uterentur fictilibus vasis, & carne quam offerrent, uterentur coctâ.

a Musici, selectique litteratorum kiēn sēm dicti, atque ex litterariâ vel militari classe magnorum Præfectorum filii, qui tamen fuerint Baccalaurei, præmaturè docentur & exercecentur in hisce ceremoniis, agitibus Confucianis.

b Rex item jussit ut Doctores, permutatis laneis, idest ordinariis vestibus accederent ad regni gymnasium (ad aulam scilicet Confucii) agerentque oblationis olerum ritum.

c Hūm vù Rex septimo Imperii anno, quoniam secundâ veris lunâ in primam diem Tīm dictam incidit solis Eclipsis, transtulit oblationem illo die fieri solitam Confucio, in alteram (scilicet astivi temporis) diem tīm item dictam.

d Una extat panegyrica oratio, qua sic habet: Hūm vù imperante tali anno, currente cyclo sexagenario tali, tali lunâ, primâ die, misit Rex quos paratos habebat ad hoc

^a Yō vù sēm cē Kieñ sēm xiē vēi vù tá chiñ cù tì cái hiō chè yú Kiáo sié chī.

^b Yē lim cín sú xé hō is quē hiō hīm xé cai lì.

^c Hūm vù ciē miñ chám chún xám tim gē xé cài yúm cù tim.

^d Yē chō viñ guēi, hēm vù meù miñ súi cù meù yvē sō gē hoām ti Kièn Kiù quoñ meù chí cí yu.

manus

munus Mandarinos tales , ut pergerent ad
xulam , offerrentque munera Confucio , (qui
sequuntur , sunt tituli , quibus Rex honoris gratia
compellat Confucium) idest ,

a Magno perfecto viro , seu magnis meritis ^a Tā
magnaque virtutis viro , primo inter sapientes chīm
(hoc enim sonant bina litteræ chī xīm ; nam san- chī xīm
ctitas à Sinis per quandam sapientiam eximiam , vén
& à cœlo ut plurimum infusam iis quos sanctos sivén
vocant , explicatur ; quod autem littera chī pri- vam.
mum inter sapientes indicet , ex infrā dicendis
constabit) ipsiusmet sapientiæ præclaro Regi.
(Vén siven vām litteræ Regis titulum indicant ,
non quia Rex fuerit , sed illo cohonestatur ob
eximiam suam sapientiam , & virtutes morales
quibus populum Sinensem , ipsoisque Reges ad om-
nem virtutem instruxit , moderatusque est.) Post
titulos insciunt Encomia hoc modo.

b Solummodo magistri nostri virtutes
comparantur cum cœlo & terrâ , seu imitantur
cœli & terra ordinem concordiamque : (de hac
comparatione & concordia plura habes in exposit.
lib. chūm yūm.)

c Ejus doctrina complectitur coronidis inſ-
tar priscam modernamque doctrinam ; ob
expolitum concinneque ab eo compositum
sextum volumen ipsius dignitas illustris erit
per mille ſæcula. (Lō kīm vocantur libri ſū
xū dicti , quorum tres opus sunt Confucii : niſi
hunc locum velis hoc modo explicare : refecuit

b Guſi ſū tē poſi tiñtī.

c Táo quoñ cù Kím xāñ xō lō Kím chim
hién ván xi.

ille, seu expolivit sex prima classis volumina; ideo ejus dignitas erit illustris semper. Sex volumina sunt ut kīm sū xu.)

a Nos itaque reverenter cum oblatione catnium vel animalium, serici, vini dulcis, orizæ mundæ, selectæque, cæterorum denique fructuum ac ferculorum, venerabundi munus nostrum exponimus juxta antiquas consuetudines & priscorum ritus; Reverenter itaque super mensas munus hoc nostrum ritè dispositum palam offerimus.

b Hūm vù Regis decimo quinto anno initium habuit ea Regis iussio, quā ad totius Imperii litteratos & litterarias aulas extenderetur ritus offerendi hujuscemodi munera Confucio propalatis, distributisque ab ipso Rege cærimoniis ac ritibus, quibus uti possent in autâ litterariâ.

c Hum vù vigesimo sexto Imperii anno concessit propalavitque usum majorum musicorum instrumentorum in cunctis imperii urbium præcipuarum aulis litterariis, iussisque mandarinos minorum urbium cheū & bién dictarum (qua subjacent majoribus urbibus)

a Kim y sém pē lì chái çū xím xú piñ chi fum Kieū châm xé chiñ mim cién.

b Hūm vù xé ù niêñ xì cháo tién biá jù hiô tûm sú cùm çù pán xé kién y.

c Hūm vu lh xé, lō niêñ pañ tá chiñ yó Kí yû tién hiâfù hiô lím heú chién jù xé chí çáo héu yú tém xié xiái Kiéñ quâñ çí cáo xivé li y éu Kiá. Hím tái hiô him xé çái lì. Häm vù lh xé lō meñ xé tién y yé cbâi Xiái yû sú tivâm tém.

De cultu Sinensium.

59

juxta formam & regulam præscriptam instrumenta musica confidere. Etsi deinde contingeret eos ascendere ad altiorem dignitatem & gradum , jussit ut omnes ac singuli mitterent aliquem ex Mandarinis sibi subditis ad offerenda munera & encomia recitanda gratitudini ergo in ipsam Confucii domum kiuēli dictam (de significatione litteræ cāo infra agetur) item ipsemet rex , cum regni gubernationem accipit , pergit ad primariam totius regni aulam litterariam agitque ritum xē cāi lì dictum de quo supra (kia id est currus regius , pro rege accipitur. Hīm littera utuntur , item ad declarandum regis accessum ad aulam Confucii .) Quæ instituta ac propalata fuerunt per totum imperium Regis hūm vū vigesimo sexto anno oblationis xē cāi dictæ cœrimoniæ hæ sunt : primum ut Mandarinis accederent jejuni ad aulam Confucii ; nam oblationes fieri solita Confucio cum oblationibus , quæ fiunt imperatoribus ac regibus defunctis eadem ejusdemque generis sunt. (Dixit ut jejuni accederent , id est ante prandium & præcipue ante vini potionem , sicuti fit in regiis ritibus ; hodieque mos est , ut qui invisiunt præfectos , aut personas graves , non nisi ante prandium invitant , quamvis prius comedant , aut jentaculum sumant semper tamen abstinent à vino.)

a Secundo dilatavit rex ac divulgavit

a Yé chuén chì y y Kién y chí sú. Yé sim
señ. meùyc, Kim lh' xāñ yém , ù Kiñ pe yàm
xi Kicù Kiñ xé sú , lō yé tū ù Kíñ yé.

h h ij

fermam rituum & consuetudinum (scriptor addit ad explorandas hasce consuetudines vide librum y chī sū dictum.)

Tertio ut essent selecta & meliora animalia offerenda: olim offerebatur bos unus, nunc duo offeruntur, olim montanæ capreæ quinque, nunc boreales oves, vel arietes non autem montana; olim sues novem, nunc quatuordecim, & cervus unus; olim lepores quinque, nunc unus.

a Quartō ut præparentur ac disponeantur in loco, chīm tām dicto (seu in medio domus) vitulus unus, capra una, sus unus, instrumenta hēm dicta, duo rasa pieñ teú dicta omnino decem: corbula item sive canistra & canistra fu quei dicta, tantum duo, & sericum unum, ut simul etiam præparentur vini mensæ aut amphoræ tres, argentea pocula tria; cista item una, in memorato loco tañ ad partem orientalem, quaque respiciat occidentem (id est ad dexteram aulae tañ partem, Sina enim sapenumero orientem pro dexterâ, occidentem pro sinistrâ parie in suis libris accipiunt) ad collocandam reponendamque tabellam vel Sericum ubi inscripta est panegyris chovēn recitanda præparatur mensa una in eodem loco tañ ad partem occidentalem seu lavam.

a Yē chim xē chin tañ tō yē yām yēxī yē him l'h' pieñ teú cō xē, sū quēi cō lh' pō yē, cūm xē gieū qūn sañ ciō sān : fī yē yū tān tūm hiām sī chō vēn ngān yē yū tān sī. a

a Quinto in ipso die , seu tunc quando facienda est horum munerum sequentes ceremonia in aula Confucii peraguntur. Unus è magistris ceremoniarum tién y dictus altâ & intelligibili voce dicit : *musici* , seu instrumenta musica pulsantes , yō vù sem dicti , accedant pergentque ad locum suum ; ministrantium Mandarinorum quilibet curam gerat sui officii ; distribuentium munera offerenda Mandarinorum ; & comitantium oblationes præfectorum quilibet accedat ad locum sibi destinatum.

b Alter ceremoniarum magister çán yn dictus , & qui munera offerre debent Mandarini pergunta ad lavatorii locum. Magister çán , cùm perventum fuerit ad lavatorii locum , mandarinos qui ante lotionem in cingulo suo reposuerant eburneam tabellam , eductis e singulo tabellis , post lotionem ducit , ut perveniant ad eum , ubi reverentiæ fieri solent , locum : (Quia Confucianus hic ritus est regius ritus ; ideo mandarini utuntur eburneis hisce tabellis. Mos est ut quisquis præfectorum sistitur ante regem , manibus ferat eburneam tabellam , quam elevat usque ad frontem , quasi pre timore ac reverentiâ non audeat intueri regiam majestatem , & deinde quando tabella

a Yé exim çí. Tién y chám yō vù sem çieu guéi chô sú quon cō su kî sú fuén hién quon poi sú quoñ cō çieu guéi.

b çán yn hién quoñ chí quoñ sì sò çán y quon sì gúei cín. hō chô hō yn cbí pái guéi. çán çieu guéi tién y çhain y ín xím.

hh i ij

uti non debet , eam in cingulum reponit pugionis instar. His tabellis prefecti utuntur item in functionibus illis qua ad regem spectant) deinde magister çán pergit ad suum locum : tunc magister tièn y alta voce dicit procedant obviam tabellæ xiñ guei dictæ (non spiritui venienti obviam eunt , ut quidam Europeorum intelligunt sed tabella ipsi qua substituta est loco defuncti , ut infra patebit , & quantvis phrasis sinica ym xiñ , litteraliter sonet obviam ire spiritui ; interpres tamen cum tabellam xiñ guei explicant , clarè indicant Sinenses haud quaquam credere adesse spiritum in tabella , sed hanc honorare , quia substituitur loco defuncti , & quasi in illâ viderent ipsos defunctos quos honorare intendunt.)

a Resonent musica instrumenta : mox ait , musica sistat alter magister çán ait quater reverentiam exhibeant. Deinde magister tièn y alta voce dicit : perficiantur cærimoniæ (vel exhibeantur munera) offerantur munera ; resonent musica instrumenta : ministrantes Mandarini manib[us] sumant sericum ; & argenteum poculum , & accedant ante singulorum discipulorum Confuciij

* çéu yō yō chì çan sú pái tièn y' chám him lì him lì hién lì çéu yō chē sú guén fem' pê ciō y' çien̄ cō xin̄ guéi çan y'n táo xien̄ quoñ. çan y' çien̄ xim sien̄ sú c'um çù xiù guéi çan cín hō çan hién pêché sú y' pê cín tién k'ic̄ chéslu 'y ciō cín' çan hiéa ciō chō hō çan y' tō chō guéi yō chán chì.

tabellas xīn guéi dictas (de his tabellis infra agemus) magister cān y'n mox dicit missos vel mittendos Mandarinos kien dictos ante tabellam Confueii : cum autem Magister & Mandarini pervenerunt ante sapientissimi prædecessoris Magistri Confucii tabellam xīn guéi dictam tunc Magister ait : reponantur in cingulo tabellæ eburneæ : mox ait , offeratur sericum , tunc Ministri cum serico accedunt : oblatione hac expletâ : alii ministri cum argenteo scypho accedunt , tum Magister ait offeratur scyphus , educantur e cingulis eburneæ tabellæ . Deinde Magister pergit ad panegyris locum , musica interim filet .

a Ibi Magister ait , qui recitare debet panegyrim genu flectat statimque recitatus panegyrim Mandarinus e finis extractâ panegyricâ oratione genuflectit ad lævam offerentium munera præfectorum panegyris recitatione expletâ , Magister ait : inclinetur , mox ait surgat , stet recto corpore .

b Alter Magister tiēn y' altâ voce dicit : perficiantur postremæ oblationis cærimo-

^a cān tō chō guéi tōchō guōn c'iù chō guéi yû cò hién guōn tō x'ie cān fufō hiñ p'in xīn .

^b Tiēn y' c'hamhiñ chum hién li c'eú yō , yō chi tiēn y' cha'm' y'n foçieu , xeú cò vel cù iō cān y' y'n fō çicù guei guei 'çin' hō ché sú y' ciō çin' cān y'n lō çicù chésu y' cò jō çin' cān xeú còjō chō hō fū fō hiñ p'yn xia fō guéi cānt leam paì .

nīz : resonent instrumenta musica , postquam musica siluit , idem Magister ait , bibite faustum vinum ; & accipiat quisque portionem carnis mox magister çán cum Mandarinis pergens ad eam , ubi potandum est faustum vi- num , stationem ait : genuflexi reponant in cingulo eburneas tabellas , tum Ministris cum poculis accendentibus , Magister çán ait : bi- bite faustum vinum , aliis deinde ministris cum portionibus carnium accendentibus , Magister çán ait : accipiat quisque portionem carnis : mox ait : extrahant eburneas tabel- las , inclinent sese , surgant , stent recto cor- pore , & revertentibus deinde ad locum suum magister çán ait : bis reverentiam ex- hibeant .

a Alter Magister tiēn y' tunc altâ voce di- cit colligantur qua superfuerunt dapes , re- sonent instrumenta musica : & statim minis- trorum quilibet pergit ad mensas que ante tabellas xīn guéi dictas , præparata fuerant , & colligit dapes . Musicâ deinde silente : ma- gister tiēn y' altâ voce dicit : comitentur spiritum , seu referatur tabella xīn guéi in lo- cum suum (bina littera sūn xiñ quibus mo- rientis Magistri memoriam renovant discipuli , eo sensu hic accipienda sunt , quem supra ex- posuimus declarantes alias binas litteras ym

a Tiēn y' c'ha'm c'hé chuén çéú yō ché
sa cō y. ç'ien xīn guéi çhé chûen yō chì tiēn
y' c'ham sūn xiñ.

xiñ

xiñ quibus viventes Confucii memoriam renovant litterati Sinenses.)

a Interim resonent musica instrumenta alter Magister çán y'n dictus ait quater exhibeant reverentiam; mox Magister tièn y dicit qui recitavit panegyrim Mandarinus manibus ferat panegyrim suam qui præcipuum curam gessit oblationum præfectui manibus ferat sericum, & ejus famuli ferant dapes, ac quilibet accedat ad foveæ vel sepulture locum.

b Mox idem tièn y alta voce dicit: respiciant foveam, resonentque musica instrumenta deinde magister çán y'n cum Mandarinis pergit ad locum, unde conspici possit fovea, & musicâ mox silente, çán Magister ait ritus & cærimoniae sunt jam completæ.

§. I I.

Explicatio Litterarum seu vocum quærumdam Sinicarum.

N O T A I.

Circa Litteras xē çái Lì.

His litteris significatur ritus ille, qui consistit in præparandis disponendisque mu-

a çéu yō çán y'n sú pái, tièn y' chám iō chō quõn fûm chō chàm cí quõn fûm pê chuén cō y' y' guéi.

b Tièn y' c'hám vám y' çéu yé ,çán y'n y' guéi vám y' yō chí ,çán lì pié.

neribus dapibusque grossioribus super mensas in aulis defunctorum, præcipue in regiis aulis, & in aula Confucii, in quâ bis in anno solemnis hic ritus funebris celebratur. *Xē chè chí yè.* (Dictionarium ipsum Sinicum hoc indicat) id est littera illa *xē* idem significat quod littera *chí* videlicet exponere vel disponere res in loco aliquo *gāi chè sū yè* id est littera illa *gāi* idem significat quod littera *sū* videlicet *grossiora quedam* deinde clarius explicans subdit *pīn fān chī xō* id est *plerum coacervationem aut species*, hinc est quod invaluerit usus apud Sinas vocandi *gāi fān* vel *pīn fān* dapes illas omnes ac munera quæ offeruntur à Sinis in aulis progenitorum suorum.

Quo pacto autem hæc oblatio & ritus plerum institutus fuerit in honorem præceptorum defunctorum habes infra nota 10.

N O T A II.

Circa Litteras *chō* veñ.

In libro *yvē veñ* dicto, exponitur significatio litteræ *chō* his verbis; *chō* cí chū çán çû chí, idest *chō* sunt ejus qui offerat laudatoria verba, & quamvis usus panegyris recitandæ olim tunc esset, cum carnes aut animal quidpiam offerretur, ut indicat liber *lō xū chim ngō* (de quâ re infra agemus cum explicabimus litteram *cáo*) præcipuus tamen usus apud priscos fuit in ritu

Minebri illustrium virorum, ut ex ipso Sino Dictionario quā gnei constat. Ait enim a: prisorum mos fuit, ut cum ex titularibus, kith dictis, magnus aliquis praefectus moreretur; princeps jaberet alium habentem praefecturam in unum colligere merita & virtutes defuncti, & ex iis contexere panegyrim, quae recitaretur ad excitandum dolorem in populo ob mortem tanti viri de Rep: optimè meriti;

Nec deest chō litteræ significatio doloris in libro enim cūm yām chūen dicto, scribitur: b discipulo quā lū mortuo Confucius ait, cheū, cœlum magno dolore affectit me.

Non sit igitur mirum, si bis in anno Sinenses cum celebrant solemnes ritus funebres Magistri totius regni, & viri de Rep: Sinensi tam optimè meriti, utantur panegyri chō vñ dictā:

NOTA III.

Circa Litteram چیén:

Per hanc litteram propriè significatur oblatio illa fructuum rerumque, quæ fit quatuor anni temporibus. In hac enim non includitur oblatio carnium aut animalium offerendorum, uti includitur in oblatione ēi dictā, attamen ut patet ex hoc loco

a Cù chè kiñ tā' fū mō kiñm mím yeù sā
kai xi cūm té guēi vñ y' ngās chí.

b چو lú sā, yñé y', tieñ chō yñ.

quem suprà in fine Encomii seu panegyris Confucianæ , inter constitutiones Regis hum̄ vū modò exposuimus , oblatio carnium & animalium reliquorumque fructuum frugumque serici ac vini , per litteram çien explicatur sicut etiam ipsa oblatio çien dicta per litteram çi tanquam per prædicatum genericum , competens cuique oblationi specificæ declaratur. Dictionarium çú guéi ait , vù semí lh̄ ci yvē çien . çien lh̄ xiā sem yvē çi . Si non adsint carnes , aut animal offerendum , & tamen fiat çi seu oblatio , tunc dicitur , seu contrahitur talis oblatio ad speciem oblationum çien dictam : si offeras fructus aut fruges temporaneas ; & insuper addas oblationem carnium aut animalium , tunc talis oblatio dicitur çi .

Non multum igitur innitendum litteris çi vel çien ad statuendum , an oblatio per has litteras significata pertineat ad veram & propriam rationem sacrificii , an vero ad meram oblationem politicam , sed aliunde ratio sacrificii proprie dicti est desumeda .

De oblatione çi infrà pluribus agemus de oblatione çien , lì kí çi fā part. 3. f. 18. ait : cien fī chím çi tañ yú xí vē ciē çien yē pú quò sú xí lh̄ y. Oblatio çien non est primaria oblatio çi solum cum se se offerunt temporanea res aut fructus , & horum tunc fit oblatio , hæc oblatio dicitur çien : quæ item (si tempus consideres) non transit limites quatuor anni temporum , & in hoc sistit .

NOTA IV.

Circa Litteram Sū.

Hic clarè constat, oblationes fieri solitas Confucio defuncto, esse ejusdem speciei cum honorariis oblationibus quæ sunt Imperatoribus defunctis, adeoque esse merè civiles uti sunt in Sinis reliquorum defunctorum funebria. Sed ne quis putet litteram sū hic miscere significationem suam cùm quinque illis oblationibus, vel tutelaribus domūs spiritibus; quos ù sū vocant Sinæ, placet adducere locum lib. lì kí mém cù vén part. 4. f. 69. tiēn cù puñ ví pín ù sū chí cí pú liñ. Imperatore defuncto &c hujus retro nondum egresso è regia domo, quinque spirituum tutelarium oblationes non permittunt fieri in regio palatio. Interpres ait a funebribus ritibus expletis tunc permittitur in palatio oblatio spirituum tutelarium; que quidem oblatio est item valde dissimilis ab oblatione funebri, deinde addit; ù sū vái xīn pú cò y kí sū sañ. Quinque illis oblationibus coluntur externi seu alterius generis spiritus & nullo modo convenit cum iis oblationibus suos proprios privatosque ritus funebres celebrare. Dictionarium cù guéi citans librum rituum cí fā dictum, clariùs item explicat institutionem & usum oblationis sū

a Cám heú nai cí xi lì yéu pú tuñ.
ii iii

dictæ , ait enim : vām chè guéi kiūn sīm tiē ciē sú tā fū sán sú sú lh' sú xú giñ yē sú. Prisci reges pro cuncto populo erexerunt septem aulas ubi fierent oblationes defunctis. Iterat ut majores prefecti tres aulas , doctores duas aulas , populares homines unam aulam habarent.

Quod autem sú littera aulas hasce defunctorum significet , declaratur in lib. lí kí cí fā par. 8. f.34. ubi dicitur. Tá fū lié sañ miáo , yvē , çào miáo , vām caò miáo ; hoâm caò miáo. Majores prefecti erigant tres aulas , videlicet unam C'aó miáo dictam , pro patre & matre defunctis , aliam vām caò miáo dictam pro suis avis defunctis. Tertiām hoām caò miáo dictam pro suis proavis defunctis. Doctores litterati duas aulas , ordinarii litterati unam , plebeii non habebant aulam. Sú lh' miaó , xú xú yē ; miáo xú giñ vû miáo.

At de plebeis interpres ibidem ait , xu gîn suí vû miáo yē té cíen yû çin : vām chí yûn , xú giñ cí yû çin. Populares quamvis non habeant aulam , tamen permittitur illis posse offerre munera sua in anteriori aula cín' dictâ nam liber rituum vām chí dictus , ait : plebeii homines suas oblationes faciant in anteriori aulâ cín' dictâ.

N O T A . V.

Circa Litteras Sī'm Sēm.

Explicanda prius vox *sēm*, ut clarius intelligatur quid sit illa selectio animalium offerendorum. cū guéi liber indiscriminatim agens de oblationibus ait: nieū voñ ciuēn yuē *sēm*. *Os* cum ex *qmnī pārte* est *integer* ac sine ullā lāsione, dicitur *sēm* seu aptum animal ad hoc ut possit inter munera offerri. Deinde item ait: vi xā guéi chī *sēm*. *Non-dum occisum* dicitur *sēm*. Quid autem significetur per litteram *sim*, seu in quoniam consistat selectio ista bovis aut animalium offerendorum, pluribus explicatur in libro *lì kī yuē lim* fol. 76. sed præcipue selectio in hoc consistit *xí civēn kiú*. Qui feligit *conspiciat* si bōs sit omnino *integer & sine la-sione*: quod ipsum clarius ibidem interpres declarat: kiú guéi ti pú sun yè. Vox illa *kiú* indicat, ut *corpus animalis non habeat diminutionem aut laisionem aliquam*.

Selectio, item hæc est respectiva ad dignitatem personæ offerentis munus, vel illius cui offertur. Non quod & quale animal adhiberi debeat in oblationibus Imperatoris, quod & quale in oblationibus Regulorum, vel præfectorum majorum, vel doctorum in libris rituum *kiō lì* dictis, explicatur. Tieñ cū cí y' hí nieū. *Imperator* in suā oblatione adhibet purum nec ullis coloribus variegatum

bovem (interpres ait : mad sē xūn lh' pū čā yuē hī. Cum bovis color purus est & non permixtus maculis , aliisque coloribus , bos ille dicitur *bi*) chū heú y fī nieū *reguli adhibent pinguem bovem* non usualem (tum ad usum Imperatoris tum ad usum regulorum ille bos exhibebatur , qui nondum jugum subierat) tā fū y sō nieū. *Magni praefecti adhibent variegatum* , vel maculosum aut usualem *bovem*. Sú y yām xī. *Dactores* in suis oblationibus *adhibent ovem & porcum*.

Constat itaque ex his quid sit Selectio animalium. Constat item tum nomine Imperatoris , tum nomine litteratorum peragis hos ritus in honorem Confucii , cui & boves & oves , & sues , aliaque offerri solita defunctis regibus , offerantur.

NOTA VI.

Circa Litteras ym xin' , vel sūm xin'.

Harum Litterarum genuinus sensus recte colligi potest , ex lib. lí kí či fā par. 8.f.38 , ubi haec habes : jū čiām kien chī lō , y ym laī , ngāi y sūm vām. Veluti si defunctum jamjam visuri essent , latantur , & cum lætitiae signis obvianz eunt venienti , mox marent , & cum lætitiae signis comitantur euntem . Vitæ & mortis memoriam hisce signis renovant filii , aut discipuli , aut amici erga defunctos , hinc quamvis hunc locum quidam aliter exponat ; tamen secundum genuinum

huius sensum sententiam nostram liquide exponit ac confirmat commentator. Ibi dem & *sam* interpres *fath* *xí yue*, qui sic ait: *yù lú yēn jū* *çiam kiém* *chi y*. Cái chūn hiá sò y ym kā laâ cieū tūm sò y súm kī uàm yè. Veris tempore cum pluvia abundant, & arbores foliis ac floribus ornatæ, vitæ tempus in memoriam filiorum aut discipulorum revocant, *ait* textus *veluti jamjam visuri* essent ipsum defunctum; ergo hyemis tempore cum gelu omnia rigent & arbores veluti emortuæ foliis ac floribus denudatae mortis memoriam renovant, id ipsum est *veluti* ac si *jamjam* se fe filii & discipuli ab illo separaturi essent, illumque denuo amitterent. Hac de causa vere & aestate obviam eunt illi quasi venienti, autumno & hyeme eadem de causa comitantur illum quasi euntens.

Quod autem Sinenses non imaginentur (saltem non rudes) obviam illis venire ipsum spiritum, fundamentum nobis præbent verba lib. *lì kí çem* cù *vén* part. 4. fol. 14. *xí gē*. Substitutum defuncti aulam ingrediebatur. Quæ verba commentator ait: *y'm xí, lh' gē* *có yò*. Rex obviam ibat Mandarino illi qui substituebatur loco defuncti regis patris sui, & ille *ingrediens* aulam sedebat. De isto substituto infra pluribus agemus cum explicabimus binas litteras mō chū, seu ligneam tabellam, quæ deinde successit loco substituti viventis *xí dici*,

kk

Aliud fundamentum præbent verba: *lì kí*
cí fā part. 8. fol. 32. a *Oblationes annua eæ*
sunt quibus filii progenitoribus obviam eunt,
five eorum memoriam renovant. Com-
mentator ait: cí sú xí yè; cù ym hán xú
yé uám yé lai; *uám chè cù súm chi;* *lai*
chè y'm ché chí. Priora verba textus, in-
dicant oblationes quatuor anni temporum; pos-
teriora verba cù y'm quia frigus & calor una
successivè abeunt, & *una successivè redeunt;*
cum abeunt, indicant filios, mortis paren-
tum memores debere memoriâ & oblatio-
bis comitari eos; *cum redeunt,* *obviam*
ire iis.

Quod autem hoc totum solùm fiat per
memoriam ac desiderium, non autem cre-
dant Sinæ realiter spiritum venire, aut rece-
dere, tertium nobis præbent fundamentum
verba lib. *lì kí cí y'* part. 8. fol. 41. *uên uám*
chí cí yè: *sú sù chè jù sú sem sú sù chè*
jù pú yó sem kí gē piē ngaï chim hoei jù
xién çin. Regis *vén vám oblationes* factæ pro-
genitoribus in hoc *Sinenſium* irrefragabili
principio fundabantur, videlicet *obsequen-*
dum defunctis eodem modo ac iisdem obsequeba-
tur cum essent adhuc superstites. Ideò ipse rex
ita ardenter cogitabat mortem suorum, ut ap-
pareret se nolle vivere illis jam defunctis. An-
niversarii die utique mestus & dolens compellat-
bat parentum suorum nomina, veluti oculis
videret parentes. Interpres ait: *uên uám nièn*

a (*cí xí yé cù y'm.*)

sū mù chí kiñ lh' hiám chí piē lō y'm kí
lái yè. kí chí lh' lì piē cē uám y' cù ngái
yè. Rex vén vám memoriam recolabat patrem
& matrem cum omni diligentia, eodemque
modo cum offerret illis munera necessario læ-
tabatur; sic obviam ibat illis quasi venientibus
quod autem textus ait, kí chí lh' lì piē,
cum is perveniret jam, seu finiret oblationem,
adeoque ritus finiretur, profecto indi-
cet discessum seu mortem parentum; ideo in
fine necessariò mastas erat ac doleansi. Inter-
pres idem antea dixerat: cí chí gē lō yù
ngái, puón. Ista oblationis die lacrimam &
dolorem obtinuisse dimidium. Rex enim & læ-
tabatur, & item dolebat.

Superioris sententiae sensus, idem pror-
sus esse videtur ac ejus sententiae quam
primo loco hic supra exposuimus videli-
cket jū ciam kién shi, lō y' y'm lái ngái
y' sūm vám.

N O T A VII.

Circá Litteras fō ciens.

Infrā fusiū explicabitur quod libri Si-
nenses denotare velint, cum utuntur in
oblationibus præcipue defunctorum littera fō
ad declarandam fœlicitatem. Non enim il-
lam denotant fœlicitatem, quam filii hujus
sæculi fœlicitatem vocant ut hotatur in libro

li kí qí tūm' part. 8. fol. 62. xeú kí fó , fí
chí sò guéi fó yè. Sapientes viri cùm mu-
nera sua offerunt, omnino obtinent suam fæ-
licitatem; sed hæc fælicitas non illa est, quam
filii bujus facili vocant fælicitatem. Deinde ad-
dit: a Sapientum fælicitas consistit in eo
quod sint prompti ac faciles ad omnia quæ
rectæ ratione sunt conformia. Ita enim expli-
cat sensum litteræ pí, quam promptitudinem
deinde exemplificans, tūm circa verba
proferenda, tūm circa fidem regi præstan-
dam & obedientiam parentibus, &c. suam
sententiam in hoc fundat principio, b. vi-
delicet omnia quæ sapient loquitur aut
operatur, intus exhibuit in se ipso (nempe
chim solide, sín fideliter, chum sincere,
kím reverenter) & foris eadem sunt om-
nino conformia cum rectâ ratione & cum legi-
bus ac ritibus præscorū.

Et ne quis putaret, Sinenses suis hisce
oblationibus quidpiam petere à suis pro-
genitoribus defunctis; textus ideo suam
sententiam concludit; pú kieú kí guéi cù
hiáo cù chí sín yè. Non petere aut queritare
fus utilitates, hic est obedientis filii animus, &
intentio quando munera offert: quod cla-
xiùs explicat interpres yth xí-cum ait pú
kieú kí guéi, uú kieú fó chí sín yè. Sò
guéi cí sú vú kí yè. Verba illa textus pú
kieú kí guéi significant, offerentes munera

^a Fó chè pí yè.

^b Nái cín yú kí lh' wái xun ya fáo.

nā habere petendi fælicitates animum ac voluntatem. Si autem petas an per oblationes ipsas ex institutione suâ quidpiam petaatur, dico (ait interpres) oblationes *či* & *sū* non esse preces aut rogativos ritus, seu per oblationes non peti quidpiam.

His præmissis facile erit colligere, quid hic significant binæ litteræ *fō čiēu*. Vel enim significant vinum illud quod oblatum fuit reverenter & juxta statutos ritus; vel probabiliter significat faustum vīnum, eo sensu, quo faustos dies Sinæ quoque precantur amicis. Familiaris utique est Sinis littera *fō*, adeoque faustum vinum vocant vinum nuptriarum, conviviorum, &c. Item cum hospites invisunt, statim dicunt *nā fō*, petunt an benè omnia illi acciderint; cum vident aliquem bene valere dicunt *fō yām*, id est, eum habere felicem faustumque vultum, & in aliis sexcentis ritibus ac cærimoniis *fō* litteram adhibent, adeoque non habemus hic fundamentum in malum sensum interpretandi binas litteras *fō čiēu*, sed probabile potius fundamentum habemus dicendi illas aliasque similes voces esse etiam apud Sinas; formulæ benè precandi, uti apud Europæos sunt, *quod fælix, faustum fortunatumque sit*, &c.

Si autem significationem & usum vocis *fō* in hisce oblationibus defunctorum *ex lib. li kī xab y'* part. 6. fol. 89. velimus desumere inveniemus dapes illas, quas loco alterius offerens distribuit inter assistentes,

yocari fō, sed eadem dapes vocantur xén; si eas non vicarius quis offerat, sed ipsemet ad quem spectat munus offerendi dapes, aut si dapes offerantur edendæ ipsimet Regi. Textus igitur sic ait: guéi giñ ci yuē, chí fō; guéi kí ci lh' chí xén yū xiún cù yuē xén. Cùm quis pro alio, seu loco alterius offerat dapes, tunc dicit chí fō distribuantur, scilicet dapes; cum autem pro se, seu ipsemet principalis offerat dapes, & distribuit ipsas dapes, vel offerat eas regi; tunc dapes regi offerens dicit xén. Interpres in hunc locum sic ait: guéi giñ ci xé chū yè; kí guei cò ciām mím chí, cù yēn chí fō; guéi kí ci sú chí fō yè; yuē xén ce xén vi lh' y. Verba illa textus guéi giñ ci indicant illum qui substituitur loco principalis ad offerendas dapes: cum jubetur ut illam quæ cūque competit, portionem dapum quisque accipias, verba sunt hæc, chí fō, vide-licet, distribuantur oblationis dapes; sic va-cantur vicarie oblationis dapes; cum autem va-cat dapes nomine xén, tunc indicat optimum saporem dapum & nihil aliud.

Hæc sunt mysteria omnia, hic usus literæ fō cum in oblationibus defunctorum adhibetur, vide infra nota XV.

NOTA VIII.

Circa Litteras Xiñ Guéi.

His Litteris Sinenses utuntur in tabellis memorativis defunctorum, quorum loco substitutæ fuerunt. Tabellarum harum institutionem & usum liber *lì kí cí y'*, part. 8. fol. 62. sic nobis exponit: *xién quē chī xiñ guèi yéu xé ciē, lh' çò çum miáo.* Cum prisci instituerunt erexeruntque per totum regnum tabellas *xiñ guéi* (vel aulas ubi collocarentur dictæ tabellæ spirituum memorativæ) & ad partem dextram seu orientalem, collocarunt rei agraria frugumque praefides Spiritus, ad lavam verò seu occidentalem substruxerunt defunctorum aulas. Hujus rei rationem reddit interpres *vām xí yvē*, cum ait: *çō yañ yè, giñ táo chī sò hiám: cù çò çum miáo: guéi çum miáo yú gîn táo sò hiám, yē pú sù kí çñ chī y'*. Quia pars occidentalis calidior est, radiis solaribus magis subjacens, aptior est locus hominum genus ubi commoretur: ideo ad partem occidentalem sita est *hominum defunctorum aula* erexerunt defunctorum aulam ibi, *hominum genus ubi commorari solet* ob hanc item & præcipuam causam, ut scilicet in hominibus non moreretur una cum defunctis eorum parentum ac progenitorum memoria. Et ne quis putaret, tam rudes esse Sinenses omnes, ut credant spiritus defunctorum realiter ibi

in aula vel tabellâ adesse ac sedere, interpres alius *sám* *xi* dictus, explicans eundem locum *yē* sic discurrit: *xīn* *vū* *fām* *yè*: *vū* *fām*, *cē* *vū* *guéi*. Sò *guéi* *xīn* *guéi* *chē*, *yē* *giñ* *guéi* *chī* *lh'* *cú* *y'* *kién* *yēn* *chī* *kién* *sū* *yeù* *y'*. *Spiritus carent quantitate*, nec circumscribuntur loco: Si ~~non~~ circumscribuntur loco, ergo non habent locum ac sedem, adeoque quod dicitur in textu *xiñ* *guéi* spirituum sedes, non horum, sed hominum viventium illa sedes est. Ideò cum textus utitur *kién* verbo, exerunt, scilicet prisci, aulam defunctorum, *kién* verbum *banc ipsam*, quam dixi, significacionem habet, nempe exerunt locum, in quo homines defunctorum memoriam recolerent.

Quod autem Tabella *xiñ* *guéi* substitutatur loco defuncti alibi fusiùs dicetur; hic placet tantum referre locum illum libri *li* *kí* *çí* *jā* part. 8. fol. 41. ubi dicitur. (Agit de iis qui ingrediuntur defunctorum aulas, ut ibi venerentur ac recolant progenitorum suorum memoriam) *cí chī gē*, *gē xē* *ngái gēn piē yeù hién hū kí guéi*. Ipso oblationis die ingrediuntur aulam lugentium infar, ita certè ac si quid mœstum esset quod appareret in ipsius defuncti memorativa Tabellâ. Ex interprete clariùs patet hæc expositio *chú kiā yue*, interpres enim ait: *gē xē*, *gē miáo xē yè*; *ngái gēn*, *fám fē chī máo*; *hién hū kí guéi*, *jū kién çíñ çái xīn guéi yè*. Verba illa *gē xē* significant filios ingredi

gredi aula defunctorum domum : verba illa *ngái* gent , indicant apparentiam vultus filiorum lugentium instar.

Denique verba illa *hién hú kí guéi* idem indicant ac si filii viderent parentes suos defunctos adesse in tabellâ *xin guéi* dictâ : non dicit , vident , sed veluti viderent , &c.

NOTA IX.

Circa Litteram y' , & Litteras Hivé Maō.

Littera *y* foveam quidem significat aut sepulturam , quæ in uno ex atriis aulæ Confucianæ foditur , & hæc est quam conspici jubent ritus Regis *hūm yù* , sive velint foveam conspicere , ut recolant Sinenses memoriam funeris ac sepulturæ Magistri sui , sive ob alium finem , hoc nobis non constat ; illud tantum certum est in his ritibus , à rege fieri jussis , solùm fieri mentionem de foveâ istâ , & juberi Litteratos illam conspicere . Videtur item certum hodiernam praxim litteratorum esse , ut sepeliantur in ipsa fovea animalium pili aliqui , sanguis , & aliquid adipis interioris quæ fuerant oblatæ Confucio , & quamvis hæc ceremonia ut patet legenti verba textus non fuerit jussa à Rege *hūm yù* , tamen nobis seriò examinantibus ritus hodiernos & interrogantibus litteratos , eum præcipue qui in ritibus hisce eruditus laudeam & gradum fuerat

adeptus, cui nomen cāi fō fám respondet, cærimoniam hanc offerendi pilos & sanguinem, eaque deinde sepeliendi bis in anno, in usu esse, & in omnibus ferè provinciis; mysterium autem offerendi dictos pilos & sanguinem, nullum aliud esse, quam velle eos integrè offerre animalium munus, scilicet, y civēn bien', & quoniam ad integratatem hanc declarandam, maximè conductit offerre tum intima, tum extima animalis, idèò offerunt sanguinem & adipem quæ intimiora sunt; offerunt item pilos qui sunt ipsius animalis partes magis extimæ: hunc igitur & non alium esse litteratorum finem in oblatione bivē mās sanguinis scilicet & pilorum, dixerunt.

Sed ne videantur sine ullo fundamento hoc assertere, auctoritates quibus innituntur hic proponamus in libro li kí kiaō te' setti, par.5. fol.54. dicitur: māo hivē caó yeú civēn chí vē: caó yeú civēn chí vē chè, guéi xún chi táo yè. Pilos & sanguinem offerant intimorem ac secretiorem, itemque magis extimam & completivam rem: hoc quod est inferre intimorem & magis extimam rem, est magni faciendi integratæ regula ac ratio. a Commentator in hunc locum ait: māo kiē hivē çao xin chē: hivē cai nui xi cao ki yeú, māo caí väi xi cao ki civēn yè: guéi xún chè piad li xiai xén. Pili & sanguis offeruntur spiritibus; sanguis, quia est intra ipsum animal, hoc est offerre quidquid ipsius animalis intimum ac r̄ḡm (Chū xiē yr̄c.)

conditum est : pili quia sunt extime parses & à parte exteriori ipsius animalis , hoc est offere ipsiusne animalis complementum & quasi totalitatem quando dicit textus magnificendam esse integratatem , per hæc verba nihil aliud vult indicare , quam omnia interiora scilicet & exteriora , esse quid bonum , adeoque pertinere debent ad muneric integratatem.

Deinde loco citato fol. 49. textus hæc habet ; hivē cí xím kí yè. Sanguinis oblatio indicat abundantiam vitalium spirituum. Chú kiā yvē : yeù hivē yeù kí guei sem vē : hivē yeù kí y' cū ; sù cé kí çin , lh' hivē yē cū y' ; cū hivē cí chè ~~s~~ y' piào kí kí chī xím yè. Commentator in hunc locum ait : cum adest sanguis ; & item adsunt spiritus vitales , tunc est viva res , cui hæc insunt : sanguis ab spiritibus vitalibus babet irrigationem , seu vivacitatem : cum moritur animal , tunc vitales spiritus exhauriuntur omnes , & sanguis etiam exsiccatur & arescit , ideo sanguinis ejusmodi oblatio , est id quo indicatur ipsius animalis spirituum abundantia , quæ tum ad integratatem muneric , tum etiam ad bonitatem rei oblatæ (non enim siccum quid & morbo mortuum , ac foetidum & inutile offertur) pertinere videtur.

Si autem velimus à paritate similis cærimonie , quæ fiebat à regibus in aulis defunctorum , arguere quoniam ut saepius diximus Confucius iisdem ferè ritibus honoratur , quibus defuncti reges honorabantur .

tur , probabiliter dicemus idē fieri erga Confucium ritum hunc offerendi pilos & sanguinem , quia eum regio honore , regisque ritibus honorari volunt ; præter hunc finem nullum alium videmus esse in hac cærimoniam péragendâ , nec litterati quos interrogavimus , aliud mysterium esse docent quam , y civēt hiēn offerri scilicet sanguinem & pilos , ut integra sit oblatio .

Nunc regium ritum exponamus liber *lì kí* cí y' par. 8. fol. 45. & 46. ait : *māo nieū xám lh'* : agit textus de *pilis bovinis* qui *supra aures bovis* vel ad latus aurium crescunt , qui que antequam *bos mactetur* , raduntur & offeruntur . Commentator itaque in hunc locum *lì kí* hæc habet : Ciām xá sem cē siēn ciù lh' pâm māo y' cién xīn , māo y' caó civēn , lh' y' chū tím , yō xīn tím chí yē ; y' lh' māo guei xám , cù yûn xám lh' yē . Cùm jam occisurus est *bos offerendus* , tunc prius etipiunt & extrahunt eos , qui sunt ad *aurium latus* , *pilos* , ut offerant *spiritui* , seu ante Tabellam *xīn guei* dictam ; extrahunt offeruntque *pilos* , ut scilicet *muneris oblatio* (de littera cão quid significet in oblationibus defunctorum habes infra nota 12.) sit *integra* ex *auribus* extrahuntur *pili* , ut substitutum *chū* (nunc est tabella illa quæ substituitur loco *spiritus*) audiat . Sed ne Lector putet Sinas credere Tabellam *xīn chū* dictam posse *auribus* percipere , commentator immediate explicat , desiderant scilicet , seu vellent filii , ut *spiritus* parentum ibi adesset , & audiret .

etrum gemitus ac voces ; quia ex aurium pilis faciunt primam oblationem , ideo textus dixit , xám lh !

Ibidem item textus ait : *a extrahunt interiorem adipem , quem postquam obtulerunt tunc retrocedunt.* Commentator in hunc locum sic ait : nài hú guéi cién maō hivé liō leaō piē lh' chán húi yè. Verba illa textūs , offerunt scilicet adipem & tunc retrocedunt , indicant , quod oblatione , pilorum , sanguinis & adipis completā , tunc paululum , retrocedant . Item yén sīm chí cí piē , cē lì chūm lh' tūi y' , kiai xim sīn chí kiē chí yē . Coctæ carnis crudaque oblatione finitâ tunc quia ritus finiuntur , etiam tantillūm ij qui obtulerunt carnes , retrocedunt , hac autem omnia reverentis animi judicium ac summum quid sunt , seu his ostendunt reges posteti , summam animi venerationem erga defunctos suos progenitores Sinenses hoc loco & alibi pluribus narrant cærimonias & ritus fieri solitos à regibus in aulis defunctorum , nos autem compendiosè hic substantialia ritus hujus specialis offerendi pilos & sanguinem exposuimus , quia is etiam ritus (ut audivimus) fit bis in anno in aulâ Confucii , ut inde possint Theologi consideratis omnibus circunstantiis statuere cuiusnam speciei sit iste ritus .

a (g'iù liō nài cùi .)

NOTA X.

Circa Litteras X̄ ḡdi ȳ.

Aliquid suprà notavimus circa ritum oblationis olerum, hic autem originem ac finem, & in cuius honorem hæc oblatione fuerit instituta proponimus, ut clarius cognoscatur, ritus hosce fieri solitos à litteratis magistro suo Confucio non esse idololatricos, sed merè civiles eosdemque cum iis quibus defunctos magistros Sinæ honorare solebant.

Itaque in libro *lì kí hiō kí* pár.6. fol.92^a hæc habes. *Ta hiō xì kiáo pí pién cí çái, xì kim táo yè.* Cum scolastici & qui operam dabant Litteris, primò doctrina gradum acciperent, tunc prefecti, qui in duebantur coriaceo pileo offerebant munera olerum defunctis præceptoribus regni, sic ostendentes se venerari doctrinam ab iis relictam posteritati. Commentator ibidem clarius id explicat, cum ait: *xì kiáo*, *hiō chè gē hiō chí çō yè*; *yeù sú y' pí pién chí fó*; *cí sién sú y' pín caò chí çai*; *xi chí y' cún kim táo y' yè*. Verba illa textus *xì kiáo* indicant tempus illud, quo scolastici primum inibane litterariorum gradum; tunc enim prefecti in duebant vestes pí pién dictas, & offerebant munera, seu honorabant defunctos regni magistros cum oleribus, pín caò dictis (sunt olera quæ gaudent aquis, symbolum virorum sapientum; & in lib. *lún yú*

part. 3. fol. 16. p. 2. §. 1. de viris sapientibus dixit Confucius, eos gaudere aquis, & esse in perpetuo motu, alia semper, atque alia speculantes, &c.) ostendentes hoc modo se honorare ac venerari doctrinam & artes liberales, posteritati relietas à prædecessoribus regni magistris.

NOTA XI.

Circa Litteram Xim, & Chi Xim.

Scrupuli quibus anguntur Europæorum aliqui, putantes vocem Xim, Sinensibus quoque veram & propriam Sanctitatem significare, uti Christiano orbi significat vox sanctitas, vel sanctus, moverunt me ad hujus vocis xim significationes omnes indagandas, ut constet tandem Europæis, quid Sinæ intelligent, cum suos heroas ac sapientes honorifice titulo xim passim compellant.

Antequam proponam vocis xim sensum ac significationem, unum hic notandum censeo, primores Sinicæ Missionis Patres mutuatos esse à Sinensibus hanc ipsam vocem xim ad compellandos sanctos, non quia vox ipsa Sinica ex se haberet vim significandi veram & propriam sanctitatem, ac donum illud supernaturale, per quod homo Deo redditur gratus & amicus, sed quia cum nullam aliam apiorem invenient vocem, illâ usi sunt que intercedent

tum voce tum scriptis multâ explicâtione ac declarâtione veræ sanctitatis , facilius ad hanc indicandam accommodari posset : non ideo tamen sequi , vocem *xim* apud Sinas quoque idem significare , quod apud nostros Christianos per quamdam accommodatiōnem significat , cum hi eadem voce *xim* veros Dei amicos & sanctos compellant : norunt enim Sinenses Christiani probè à nostris libris & patribus edocti , maximum discrimen inter priscos sapientes Sinenses quos *xim* vocant , & inter nostros sanctos interesset.

His præmissis accedamus ad significâiones litteræ *xim* ex quibus pendet solutio illius dubii quondam propositi Sacræ Congregationi à R. P. F. Joanne Baptista de Moralez in 14. quæstio. An scilicet nos & Christiani nostri possemus uti voce *xim* ad compellandum Confucium , aliosque Sapientes Sinas priscos , vel mandatum regium *xim* chì dictum , &c. Tunc enim Sacra Congregatio de propagandâ fide in hunc modum conditionatè respondit. Censuerunt non posse aliquid affirmari circa vocem hanc , ejusque usum nisi prahabita cognitione idiomatis ejusque vera & propria significationis : Ceterum si eadem vox in regno Chinarum habet latitudinem posse Ministros eâ uti , si vero restringatur ad significandam veram & perfectam sanctitatem nullatenus posse.

Dubii itaque solutionem , & latitudinem significationis litteræ *xim* , non aliunde appetius

Nus petere quam ex ipso Sinico Dictiona-
rio possumus. In lib. qū guēi dicitur. *

1. Vox xím in primis significat *hominum
summum*, vel inter homines *summum ac pri-
mum* hinc intelliges in quo sensu Confu-
cius vocetur, *chī xím* in eo scilicet sensu,
quia summas seu primus esse reputatur in-
ter reliquos sapientes primos, uti sunt yet-
qú, gettī qù qù sū, & mém qù, quos om-
nes (ut ex textu supra paret) titulo *xím*
Sinæ cohonestant, adeoque hi dicuntur in-
ter homines summi vel primi. Confucius ver-
ò inter summos dicitur *summus ac primus*.
Est ergo *chī xím* titulus honorificus ac res-
pectivus.

2° b Vox xím significat *ingenii acumen &
abilitatem pro hac significatiōne citat li-
brum cheū xū dictum*, qui ait jūi cō xím
talenta scilicet & acumen *ingenii* efficiunt,
ut quis vocetur *xím*.

3° c Vox xím significat *intellectu penetrare
ac percipere res*: pro hac significatiōne citat li-
brum cūm xi chūn dictum, qui sic ait: *a in
negotiis rebusque agendis nihil esse quod quis non
penetret ac recte percipiat, hoc ipsum dici-
tur xím.*

4° Xím sīm yè vox xím est cognomen-
rum familie.

a Xím giñ chī chī yè.

b Xím pū yè.

c Xím tuñ yè.

d Yū-sū - - - gū t'ām guēi chī xím.
m m

5. Aliæ item deducuntur significations ex libro xi fā dicto , qui ait : yām xén fū kièn yvē xím ; cum qui deprædicat ac manifestat aliorum bona ; & patitur patienter seu libenter acceptat correctionem , ve- cant xím.

6° Kim pān héu lì yvē xím eum qui honoras hospites & magnificat ritus atque officia urbanitatis , vocant xím.

7° Tres simul significations litteræ xím indicantur in lib. lì kí biān yān par. io. fol. 46. ubi dicitur gān y' ciē piān chū yeù sú çù teñ yeù sú yvē xím. Cum pietas seu amor universalis cum justitia & officiis urbanitatis colligatur & cohæret : item cum hospes & is qui hospitem domi excipit , mutuis officiis se se honorant. 3. Cum vasa ad excipiendum tractandumq; hospitem habentes proportionatum numerum , tot scilicet prompta semper & parata extant , quot requirit status ae dignitas hospitis , hic apparatus dicitur xím. Utī pietas cum urbanitate , cohærens dicitur xím , & mutua inter hospitem & eum qui hospitem tractat , officia , dicuntur xím.

8° Denique aliam significationem proponit liber tuā luā dictus yvē cum ait . Tum lh' sieñ xē yvē xím. Qui ita res ac negotia penetrat , ut prius ea noscas , seu sciat consequentias illationesque deducere , & ex notis ad incognitas causas pertingere , is dicitur xím.

Si autem (ait gān gāi ,) vocis xím ery-

etymologiam indagemus in scriptione ; a seu in scribendo conficiendoque ipsam binæ litteræ , lh' , & c'him concurrunt & ex his tandem una conflatur xim littera , adeoque hæc constat lh' auribus , & c'him quod est proponere . Deinde etymologiam hanc clarius explicans addit , Cūm lh' fi gín lh' yè ; sín tūm ván vē chī cím jō lh' tūm xim yè . Pars illa lh' , ex quâ constat litera xim non hic múnus aurium significat , (vel per similitudinem loquendo , non est ad libitum aurium percipere sonum) sed significat , animum sapientis , qui dicitur xim , ita perfectè penetrare ac percipere omnium rerum affectiones , causas , & proprietates , quomodo aures percipiunt voces ac sonum materialē .

Ex his omnibus collige litteram xim apud Sinas in usu & idiomate gentis (non loquor de accommodatione & usu inter Christianos & respectu nostrorum Sanctorum) propriè significare sapientiam quamdam humanam , sed eximiam ; & quâ præditus quis reliquos homines excedere videatur , & in hoc quidem sensu accipienda sunt verba illa , quibus Confucium laudant quandoque discipuli in lib . lén yú , aliique interpretes per amplificationem scilicet ; præcipue illa b nibil erat quod non sciret , & similia

a Yú sò , lh' , c'him , guéi xim.
b Vù sò pù chū.

ſcientiam ſcilięt magiſtri, aliaque doſa
ac talenta deprædicant quæ ordinem na-
turæ non excedunt.

N O T A XII.

Circa Litteram Cáo.

Hujus Litteræ ſignificationes plures ſunt,
monere quidem vel certiorem facere aliquan-
do ſignificat; item aperire, vel initium da-
re; item gratias referre vel gratum eſſe ali-
cui ob beneficia ab eo accepta, & in hoc ſenu
accipitur locus ille libri ſim' lì ta ci'vêm
par. 3. compendii fol. 19. ubi hæc habes:
vâm ſú fú çù pâo té pâo cûm chî vû
çin yêñ reges oblationibus munerum honorant
Confucium, ut ſic ſe gratos oſtendant ſemper
eius virtuti, gratos que meritis ſine intermiſſio-
ne. Illam eandem vim hic habet pâo. littera,
quam haberet cáo, quæ in Dictionario
Sinico cáo pâo yè. Dicitur habere ſignifica-
tionem eandem cum litterâ pâo.

Sed ne videamur extorquere hanc vim
ſignificandæ litteræ cáo, & eâ uti velle in
casu noſtro, adducam aliam propriam &
genuinam ſignificationem ejusdem litteræ,
quæ noſtro casui maximè congruit. Hæc
illa eſt quam liber lô xü chím ngô dicitus, &
citatus in dictionario, affert: ait enim * pro

* Eù chè cáo miató yúm ſém pié yen' chô
çù çú cûm niču ſém yê, cu, m keù chô ç'ü
yé hoéi y'.

explicatione hujus loci sciendum est litteram *cão* esse compositam ex duabus litteris, quarum altera, seu superior pars dicitur *nieù*, seu *bos* offerendus in oblationibus regum defunctorum, altera seu pars inferior dicitur *k'eu*, seu *os* hominis recitantis pategyrim & encomia defuncti; ex ambabus illis litteris conflata est unica *cão* littera. Quā prisci uterantur in titibus funebribus ad significandas ambas illas significations, videlicet offerendi bovem & recitandi encomia. Litteraliter in nunc sententiam exponamus, sensus verborum est: prisci cum accederent offerendi causa bovem, &c. ad aliam defunctorum, si intererentur oblatione bovis, necessariò adhibebant etiam laudis verba, idēc *cão* litteram si consideres, & *accipias* partem superiorem *nieù*, oblationem bovis indicat, si *accipias* partem inferiorem *k'eu*, laudis verba sonat; adeoque prisci utentes unicā litterā *cão*, ambarum illarum litterarum complexi sunt sensum ac significationem.

NOTA XIII.

Circa Litteras Mō Chū

Extra controversiam est tabellam mō chū dictam, substitutam fuisse loco xī, quod erat vivens substitutum loco defuncti, ut patet ex iis quae narrat Dictionarium Sini-cum ꝑu guéi, cù chè cí sú kiaí yaí xī y' chū

m m iii

xin. Prisci in suis oblationibus funebribus omnes habebant *xī* (& magis clarè explicans *xī* addit) quod *xī* substituebatur loco *spiritus*, seu erat memoria & repræsentatio defuncti. Explicans deinde litteram chū ait chū tam yè, chū littera idem est, ac *substituere*, vel *substitutum*. Ut autem sciamus quodnam fuerit hoc *substitutum*, subjungit tieñ çù y' *kim* guei *xī*, chū héu y' tá fū guei *xī*, *kim* tá fū y' hiá y' suñ guei *xī*. Imperator in morte parentum utebatur uno ex primoribus Mandarino *k'ím*, ut is esset *substitutum pro defuncto Patre*; Reguli utebantur Mandarino *ta fū* dicto, ut is esset *substitutum*; denique reliqui omnes incipiendo ab ipsis Mandarinis *k'ím* & *ta fū* usque ad infimum utebantur uno ex nepotibus, ut is esset *substitutum pro defuncto*.

Si autem antiquitatem substituti *xī* scire velimus, initium duxit ab Imperatore *xún*, qui alias vocatur *yú*. Constat hoc ex lib. *lǐ kí t'añ* cum par. 2. fol. 81. ubi dicitur *yú* *lh'* lié *xí* regnante *yú*, sive *xún*, tunc *constitutum* est loco defuncti *substitutum* *xī* dictum. Interpres hunc in locum sic ait: ví cám chī cién, sú y' sem chè chī lì çám, cē ciñ hím y çám, cù *yú* cí cē lié *xí*, y' Siám kín yè. Antequam parentum cadavera sepelirentur, filii obsequia præstabant illis cum ceremoniis omnibus, quæ fieri solent viventibus; attamen postquam sepulta erat, quia tunc parentum figura omnis seu realis illa apparentia abscondebatur ab oculis filio-

rum, Ideò Rex yū sive xún volens offerre munera & honorare parentes eo modo, ac si vivi & præsentes adessent; tunc constituit vivens substitutum xī dictum, ut hoc repreſentaret spiritum parentum defunctorum.

Successu deinde temporis, ut magis perseverans effet in filiis, & magis obvia memoria parentum defunctorum successit lignea tabella mō chū: hæc eadem, est ac illa in quā nunc inscribuntur binæ litteræ xīn guēi vel xīn chū, vel xīn co., &c. in quā etiam memorativā tabellā inscribuntur honorifici defunctorum tituli. Et quoniam tabellæ hujusmodi successerunt loco prisci substituti viventis xī, quidquid de xī libri dicunt, idem intelligendum est de tabellis mō chū, xīn guēi, xīn chū, &c. cum itaque olim xī representaret spiritum, sive defundum, cuius erat substitutum, & in hoc filii inspicientes, idemq; venerantes, huic obviam eunt, ita etiam scilicet defunctorum parentes; ita etiam eos vel le codem modo honorare parentes suos in hisce tabellis representatos judicandum est.

Fundamentum nobis præbent hoc aſſtendi, libri lī kí ci ūm par. 8. fol. 69. verba, & ibidem commentatoris expofatio; sic enim textus ait: xīn yīn ſēm lh' pū yīn xī piē hiēn yē. Agens de co: tempore quo substitutum xī riōndūm ingressus est

portam aulae. Nam quando xī gē substitutum ingreditur aulam, tunc yīn xī rex obviam it substituto, ut significavimus supra aduentes verba lì kí çem cù vén par. 4. fol. 15. textus, inquam, sic ait: quod rex abviem eat muneri animalis offerendi, non autem obviam procedat substituto xī dicto, antequam id ingrediatur aulam, id ex distinctione ac dubio oritur. Consideranda enim personæ ac dignitatis distinctio; nam substitutum xī extra aulam manens nullam induit regiam dignitatem. Deinde rationem hujus rei adducit: xī çái miáo muén vái cē gní yú chiń, çái miáo chúm, cē civeń yú kiuń; kiuń çái miáo muén vái cē gní yú kiuń, gē miáo muén, cē civeń yú chin, civen yú cù, &c. Substitutum xī, cum manet extra aula portam, tunc assimilatur, seu refert personam clientis ac subditi stans autem intra aulam, tunc refert personam regis defuncti aut patris, & sic potest ei obviam procedere rex manenti in aula, non autem manenti extra aulam. Item rex manens extra aulam defunctorum parentum, tunc refert personam suam regiam, at vero cum ingreditur aulam progenitorum, tunc & refere personam subditi ac clientis, & refert personam filii obedientis, adeoque debet ita honorare substitutum patris, quomodo cliens honorat regem, aut filius patrem viventes.

Clarius explicat hunc locum Coramenter & magis ad rem nostram, ait enim: Xī puén xī chín guéi xī lh' Siam xin; cē çun

guñ chī jū xiūn fú y'; gēn cāi miáo, cē civēn kī Siān kiūn fú chī cuñ y'; kjuñ cí cù chū yū cuñ kiūn fú lh' cīn chīn cù chā tāo cē civēn guei chīn cù lh' fú xī vū hiēn 'y. Substitutum illud *xī ex se*, & consideratā propriā illius dignitate, reverā erat cliēns Regis, constitutus tamen *xī*, seu loco regis defuncti, jam tum repräsentabat spiritum, vel defunctum regem, ergo honorandus erat ille tanquam rex & pater regis; sed cùm maneret extra aulam progenitorum regum, & nondum ingressus esset, tunc assimilabatur reliquis clientibus, eratque revera cliens Regis; at quoniam deinde ingrediebatur aulam, tunc perfectè in se ipso repräsentabat regis defuncti & patris dignitatem. Eum igitur ipsum in aula constitutum rex honorabat & offerebat munera perseverantib[us] tabellæ substituta loco viventis ac mobilis substituti *xī* dicti, in illo honorabat regem simul & patrem, & ita perfectè complebat fidi clientis, obedientisque filii munus ad normam; adeoque induebat perfectam personam clientis ac filii, & ideo obsequia prestare substituto nullo modo dubitabat.

NOTA XIV.

Circa Litteram Miáo.

Quod vox *Mido*, ante invectas Idolorum sectas in Sinas, significari aulam regis vi-

n n

ventis anteriorem , quam *c'in'* vocant , & interiorem , quam *miáo* vocant , nulli dubium esse potest , qui priscorum gentis legerit libros , & quoniam Sinae defunctos semper putarunt honorandos esse eodem modo ac si viverent , defunctorum aulam anteriorem item *c'in'* , interiorem vero *miáo* , vel *c'uk miáo* vocaverunt . Quæ vocabula item ad aulas reliquorum defunctorum nominandas in usu etiam fuerunt , & idem sonant quod binæ voces *çù t'ath* vel *ç'ù t'ath* , id est progenitorum aulæ . Constant hæc ex iis quæ supradiximus , cum litteram sù explicuimus . Constat item ex lib . lí kí yvē lím par . 3 . fol . 75 . *a* Imperatorum habitatio ac sedes dicitur *cu'm chañk t'ai miáo* : quæ verba explicans interpres ait : *sí tám tám tái xé yé* . Occidentalis aula est praferens speciem magni palatii , vel sustentans magnam domum . Eodem item libro citato fol . 87 . dicitur *b* Imperator seu *cali filius moratur in aula hivén t'ai miáo dicta* . Interpres vult intelligi hunc locum de alia Regis Septentrionali aulâ , cum ait *c* est illa scilicet *Septentrionalis aula praferens speciem magna domus* .

Quamvis itaque prisci Sinenses vera & propria templa , quæ dicaverunt ipsi *xám* n

a Tieñ *çù xiú* cum *chañk tái miáo* ,

b Tieñ *çù hivén tái miáo* .

c Pó *tám tam tái xc* ,

Sapemo Cœli Imperatori vocavetiat item voce *miao*, & deinde Sectarii Idolorum sua fana eadēm voce ac nomine compellarint; hinc non sequitur, quod omnis illa domus vel aula quæ nomine *miao* appellatur, sit verum ac proprium templum, uti ex eo quia nos Europæi mutuati sumus nomen *tam* ad compellandum templum veri Dei, non idè Christianorum aulæ aut gentilium progenitorum aulæ sū tam vel *cam*, vocatæ aut præfectorum tribunalia eadēm voce nuncupata amittent priorem suam significationem, & veram ac propriam rationem templi induent.

Confucii itaque aula in qua bis in anno ritus memorativi vitæ & mortis ejus solemniter celebrantur, aut litteraria munia exercentur, non idè veram rationem templi induet, quia *miao* voce nuncupatur.

Si autem ex ipso Dictionario *çé guéi* velimus ulterius priscam aliquam vocis *miao* significationem institutionemque indagare, hanc inveniemus: *miao* chè *máo* yé. *Miao* seu aula idem est ac *mão*, seu *vultus* & *figura*.

Reddit deinde rationem quare aula illa dicatur *vultus* & *figura*, sò y' fam' fē. Si en gîn chî yûm *mao* yé! Propterea quot ostendebantur ac representabantur in aula illa defunctorum hominum *vultus* & *figura*.

Figuræ scilicet illæ de quibus Confucius (ut notatur in expositione lib. *chum yufi*)

uit depictas atque expositas fuisse , ut es-
sent speculum venturis regibus , recti regi-
minis , yāo & xún imagines ex uno late-
re , proborum Imperatorum , quos imitari
deberent ; & mali regiminis kiē & chēu
imagines ex alio aulæ latere , improborum
scilicet Imperatorum , quos cœlum punivit
& populus abhorruit.

Hinc patet error R. P. F. Antonii à
Sancta Maria Seraphici Ordinis , qui eun-
dem locum Sinici Dictionarii q̄uā guéi con-
tra nos adducit , ita exponens ut velit
binas litteras fē significare similitudi-
nem & vultus Idolorum fē dictorum ,
non adverens ambas litteras propriè
tibi esse verba , aut nomina : ambæ enim
significant repræsentare , figuram referre , of-
fendere ac demonstrare ; fē itaque littera
nullo modo indicat Idolum , alia nam-
que littera fē est illa quæ Idolum in-
dicat , ut ex ipsa litteræ figura patet.

Hinc colligo non esse nimium fiden-
dum expositioni illarum sententiarum ,
quas dictus P. F. Antonius contra nos
congerit .

NOTA XV.

De Litteræ fō significatione & an Sinae
petant felicitates vel adhibeant preces
in oblationibus progenitorum.

Hanc eandem sententiam supra compendiōsē exposuimus ex līkī cí tūm par. 8:
fol. 62. cum binas litteras, fō cieū expli-
cuimus; suprā not. 7. nunc autem totius
sententiæ litteralem versionem hīc lecto-
ri proponimus, ut is felicius ac facilius
de illa Sinensium felicitate quam in
suis oblationibus obtinere student, ju-
dicium ferre possit. Sententiæ igitur ver-
sio hæc est. Sapientum a virorum oblatio-
nes certè quidem obtinent b suam felicita-
tem; hæc autem non c illa est, quam facu-
li hujus filii vocant d felicitatem. Felicitas est
rerum promptitudo; promptitudo e est omnium
rerum actionumque secundarum f appellatio
ac nomen, omne enim id quod g sine ullâ
retardatione quis operatur, dicitur h promptum
operanti. Hoc modo sapientis ver-
ba i felicia ac prompta sunt sapienti, is
enim intus k exhaustus illa in semet l ipso &
mox omnia ac singula præmeditata feliciter

a Hiēn chè chī cí yè pié. b Xēu xī fo.

c Fí xí sò. d Guéi fo yè fo chè.

e Pí yè; pí ché pe xún. f Chi mim yè.

g Vû sô pú xún ché. h Chī, guéi pí.

i Yēn, k Nái cín. l Yu xī lh.

101 *De cultu Sinensium.*
præferens; illa foris conformat a cum legē;
ritibus & rectā ratione. b Fidus ac sincerus
cliens eodem modo c feruit suō principi. Obediens
filius d eodem modo prestat obsequia suis pa-
rentib⁹ e omnium horum fundamentum
f unum idemque est.

g Suprà (agendo scilicet de iis quæ sunt
supra humanam conditionē) h utique
j̄so nptum i esse in obsequendis spiritibus:
extra k (agendo scilicet de iis qui sunt ex-
tra domesticos parientes) utique l promptum
esse m in obsequendo regi ac Magistratibus:
intrà (agendo scilicet de iis qui sunt ex-
tra domesticos parientes) utique eodem
modo promptum esse in obediendo parentibus,
id omne procedit ab unico illo fundamento:
Inde scilicet quod actiones omnes intus
exhauriat quisque in semetipso, & fo-
ris conformet cum lege juxta bac, cum
quis operatur dicitur promptus, vel, in his
omnibus si fiant juxta regulam dictam,
consistit promptitudo ac felicitas ope-
tantiis.

Itaque, solus sapiens valet ita promptus
esse; qui valet ita promptus esse, profecto
is deinde poterit ritè offerre sua munera

a Vái xún y ū taō. b Yé. Chum chin:
c Y' sú xi xuñ Hiaò. d çú y' sú 'xi.
e 'ciñ. 'xi. puèn. f Yé yé. g Xám, h çé.
i Xún y ū guéi xin. k Vái. l çé xún.
m Yú, xiún chám. Núi. çé y' hiaò.
Yú ç'in. Jú ç'u chī guéi. Pi.
Guéi hiéñ chè meñ pi. Ném pi gñ hén;

progenitoribus. Propterea sapientis oblationes pertingunt ad suam debitam soliditatem ac fidem, & simul ad suam debitam cordis sinceritatem ac venerationem, sapiens item exterius honorat suos progenitores, cum rebus à ritibus statutis; quid quid agit in eorum honorem, hoc ipsum agit cum debito ritu; componit item omnia quæ spectant ad honorem funebrium cum compositione illâ & concordia musices (quid per binas voces lî yo significetur à Sinensibus, habes in exposit. lib. chüm yüm) nec negligens est sapiens in præparandis iis quæ spectant ad ritus funebres suis statutis temporibus, adeoque disponit ac preparat res progenitorum cum temporibus anni, palam offerens illis temporum fructus frugesque, & hoc sibi fatis, est (quid significetur per litteram cién, habes supra) non enim petit ac queritat suas utilitates; atque ejusmodi est in obsequendis parentibus, & progenitoribus, obedientis filii mens animusque.

Fath xí yvē; interpres ait, animi soliditas, fides, sinceritas, reverentia quatuor hæ virtutes sunt oblationis cí. Fundamentum illud, de quo textus loquitur; quod autem

Ném cí. Xí cù hién chè chī cí yè.
 Chī k'í c'him̄ sia yú. kí chüm. Kím.
 Fum chī y' vē. Táo chă. y' lí mgān chī.
 y'. yō çuñ chī. y'. xí mím cién chī.
 lh'. y' y'. pú k'icū. k'í guéi çù.
 hiáo ga chī sín yè.

textus vocat *vē*, res scilicet, quibus honorandi sunt progenitores, illas offerat sapiens cum iisdem virtutibus, & hoc illi satis est: quod textus vocat *lī*, ritus scilicet peragendos, hos agit sapiens cum iisdem virtutibus, & hoc illi satis est: quod textus vocat *yo* musicæ scilicet compositionem seu concordiam, componit omnia sapiens cum iisdem virtutibus, & hoc illi satis est: quod textus vocat *xī*, tempora scilicet quibus præviè disponantur omnia, disponit sapiens ac molitur, cum iisdem virtutibus, & hoc illi satis est.

Yīn xī yīn; alius interpres ait: quod textus per quatuor illas voces *pú kīētū*, *kī*, *guēi*, significare vult, hoc scilicet est eum qui munera offert, non habere petenda felicitatis *animum*, sed merè obsequendi parentibus eosque post mortem etiam honorandi in grati animi signum. Nam ejusmodi oblationes *qua dicuntur* *çí* & *sú*, *non sunt preces*, sed iis filii honorant dumtaxat defunctos parentes, & horum statutis temporibus memoriam renovant.

Ex his quæ dicta sunt de littera *fō*, & ejus usu in oblationibus defunctorum, facile intelliget lector, quinam esse debeat genuinus sensus, & germana expositio alterius loci libri *lī kī* par. 5. fol. 13. quem locum aliqui Europæorum male interpretati quondam fuerunt, ubi dicitur: cùm *çū yīn*, *ngò chén çē kē*; *çí cē xéu fō*, *cāi*

cāi zē kī táo y. Confucius aiebat ; cum ego milito , statim vincō ; cum offero progenitoribus munera , statim obtineo fælicitatem ; quia obtineo tuū ipsius militiae , tum ipsius oblationis legem ac regulam , servo scilicet in iis peragendis ritus ac regulas .

Interpres clariū id exponit dicens : fū cū sò y' nêm çù lh' chè , cái y' tē kī hím chí táo yè. Confucius ideo aiebat se potenter fuisse in illis duobus , sive obtinuisse illa duo , victoriam scilicet in militari exercitio , & fœcilitatem in oblationibus defunctorum , quia inde obtinebat earum operationum virtutem seu regulas .

Hic idem locus iisdem verbis invenitur in eodem libro lì kī kiaō te sem pár. 5. fol. 33. quem ibidem interpres exponens sic ait : y' chén cē kē , siē mìn yū pién yé ; y' cí cē xeú fó , hoē sem y' lì yé , Verba illa textus , cum militaret , sunc vincebat ; indicant quod exercebat populum in mutationibus , seu exercitiis militaribus , ut scilicet ad nutum ducis nunc sisterent , nunc current , nunc ad dextoram , nunc ad sinistram declinarent , &c. adeoque militia regulas servarent , quibus victoria obtinetur ; verba autem illa , cum offerret , tunc obtinebat fælicitatem , indicant , quod obtinebat oblationem , vel animal offerendum juxta ea omnia quæ ritus præscribunt hoc est , ejus felicitas consistebat , in servandis ritibus ac virtutibus , cum offerret munera progenitoribus .

Nota hīc 1. litteram pī commode etiam ita explicari posse , ut dicamus per eam significari perfectionem ipsam cuiuscumque operationis , itaut sensus sit, sapientes viri cum pro defunctis suis parentalia agunt , ideo dicuntur felices aut felicitatem recipere quia quidquid agunt ip̄o honorem parentum , cum perfectione agunt : qui modus perfectè omnia & juxta regulas rituum operandi est illis facilis & quasi connaturalis .

Nota item 2. nos hic non negare quod Sinenses pertant felicitatem vel à cœlo seu supremo cœli imperatore , vel à spiritibus quod autem dicimus fundari in autoritate librorum Sinensium est , quod non pertant felicitatem ; seu quietem & à malis ingruentibus liberationem à defunctis , sed hos honorant eâ perfectione & rebus , quas ritus civiles statuunt , & filialis obediēsia , ipsaque pietas humana requirit.

N O T A X VI.

Circa Litteram XI.

Suprà jam aliquid dictum est de substituto defunctorum xi , cum adiud substitutum mō chū dictum explicaremus , hic autem de eādem xi litterā ea exponere putavimus , quæ liber li kí çem x'çù , vén par. 4. fol. 22. nobis proponit ait enim : cùm çù yvē , cí chím sám chè piē yeù xi ; xi piē y' suñ ; suñ yeù , cē sù gῖa páo chí ; yù

fuñ , cē ciù yū tūm sīm cō yè ; cī xām ,
 piē yén cāi fē chīm yè , &c. Confucius
 aiebat , cum oblationibus munerum honorat-
 tur perfectæ etatis defunctus , inter ritus fune-
 bres omnino adesse debet vivens substitutum
 xi dictum ; hoc substitutum quod debet
 adesse , utque ex nepotibus defuncti seligi-
 tur ; si autem nepos fuerit puerulus ; tunc
 sufficitur quisquam qui sinu complectatur , &
 ferat illum puerulum in aulam ; si vero de-
 functus careat nepote , tunc seligere ex eadem
 familiâ alium quempiam qui substituatur
 loco defuncti non erit inconveniens .

Cūm honoratur oblationibus defunctus quis-
 piam minoris etatis , utique privatim & sine
 rot ceremoniis honoratur , quia nondum per-
 fectam ac virilem ætatem attigit .

Interpres in hunc locum sic ait : yén ci vñ
 xi yè . Privata oblatio yén dicta illa est , quæ fit
 sine substituto vivente xi dicto . Deinde addit :
 a Defunctus de quo Confucius loquitur ille
 est , qui perfecti viri gravitatem ac maturita-
 tem jam promptam paratamque habebat , il-
 le scilicet cui nihil deerat perfecti viri ;
 hujus utique funebribus aderat substitutum
 xi , per quod representabatur spiritus gravitas .
 Ideo Confucius dixerat , cum honorantur obla-
 tionibus perfecti viri funebria , omnino adest
 substitutum xi , quo spiritus defuncti viri re-
 præsentatur .

a C'um çù yēn c'hīm giñ guéi 'y xiú pf,
 piē yeù xi 'y Siám xiñ chī guéi y ; sò y' gí.
 c'hīm giñ ebi sám ché piē yeù xi yè .

Mox idem interpres ait : cí xám chè pú lié xí , cum prisci vellent *oblationibus honorare defunctum aliquem adolescentem vel puerum* , tunc non constituebant alium loco illius lh^c yén cí . Adeoque sine substituto xí *primita oblatione honorabatur defunctus puer.*

Reddit deinde rationem hujus rei dicens : y' kí niên yeú xad ví ném yeùn chín gìn chí guei y' pú cō cò siám , cù pú lié xí yè ; jō cí chím gìn lh vû xí , xí y' xám tái chí y'. Quia illius defuncti *etas puerilis ac parva non poterat babere perfecti viri gravitatem requisitam* , non erat item sufficiens ad hoc , ut posset per substitutum representari gravitas spiritus ipsius , ideo loco illius non constituebant substitutum xí (advertat hic lector , non pro quocunque defuncto priscos erexisse substitutum , sed pro iis viris qui graves reputabantur , & hos duntaxat honorabant substituto quod repræsentaret gravitatem auctoritatemque defuncti) si itaque quispiam *oblationibus duntaxat honoraret defunctum aliquem qui in virili etate mortuus fuisset* , & pro illo non exigeret substitutum xí , hoc ipsum erat , *veluti defunctum puerum tractare illum* , seu non honorabat tanquam virum gravem.

Hinc colliges honores , ac ritus defunctorum fuisse semper & esse merè politicos ac civiles , cum defuncti juxta cuiusque dignitatem & honorem , qui illis dum vivерent competebat , post mortem etiam honorentur.

Concludit denique interpres ibidem fol. 23. (postquam minutissimè narravit priscos ritus qui fiebant cum in usu erat substitutum vivens xī dictum) his verbis : *kiñ yē y' vū xī fī çù lì. Quia hac etiam atate nostrâ non est in usu substitutum xī , sublata sunt atque evanuerunt ejusmodi ritus ac cærimoniæ , quæ fieri solebant erga idem substitutum.*

Sed ut videatur , & cognoscatur nostræ ætatis ritus non esse dissimiles à priscis ritibus civilibus erga defunctos examinandum nobis est quodnam substitutum erigatur hodie ad repræsentandum spiritum defunctorum , & ob quem finem obsequia præstentur defunctis vel horum substituto. Hujus rei decisio pendet à praxi hodiernâ Sinensium (loquor de majori parte , non autem de particularibus quibusdam , qui fortè decepti ab aliquibus sectariis degenerarunt à recto sensu communis Sinensis quæ semper honorandos putavit esse defunctos eodem modo quo iij honorabantur dum essent superstites) praxis itaque hodierna est , honorare ligneum substitutum mō chiù vel xiñ chiù dictum , quod idem munus præstat nunc , quod olim præstabat substitutum xī , si igitur ritus qui fiebant erga substitutum xī , non nisi civiles erant ; iidem aut certè potiores ritus , qui nunc fiunt erga ligneum hoc substitutum , civiles tamen erunt ; maximè si adhuc perseveret idem si-

nis , honorandi scilicet in illo parentes suos , ac si hi adhuc viverent , quod axioma hodie tritum est ac familiarissimum Sinensibus , quotiescunque interrogantur de fine ob quem ritus suos funebres peragunt .

Adducam hic locum unum lib. *lì kí fam* *kí* par. 9. fol. 28. & 29. ex quo clarè institutionem ac finem rituum funebrium colligemus . Texus itaque ait , çù yún cí sú chī yeù xí yè , cùm miáo chī yeù chù yè , xí mìn yeù sú yè ; sieù cùm miáo xím sú sú kiáo mìn chuí hiáo yè Confucius aiebat in *oblationibus* defunctorum *dabatur substitutum* xí , & in eorumdem *aulis* (finitâ cærimonî illâ oblationis munerum quando item vivum illud substitutum xí discedebat :) *datur substitutum* chù sive mō chù , vel xíñ chù , quod perpetuò ibi perseverat , & *indicates* populo habere adhuc quod agat in honorem defunctorum , ornando scilicet refiendoque aulas suorum defunctorum , *veneratione* , *oblationibus* , & *obsequiis* hujusmodi erga defunctos docetur populus continuare etiam post mortem parentum *obedientiam* , seu respectum honoremque illis semper debitum . In hunc locum *fam* . xí yvē , interpres *fam* xí *uit* : guéi ciñ chī sù cù guei xí y' siám xí sem ; guéi xin chī vám , cù guei chù y' yú kí çún ; kiñ yvē , sú sù jù sú sem , sú vám jù sú çún ; çù só y' yén , xí mìn yeù sú gè chuí hiáo *pro patris matriisque morte* ideo constituebant substitutum xí , quo repræ-

sentabant eorum vitam ; pro spiritus absentia ac discessu , ideo constituebant substitutum chū , quo memorabant vel signabant ejus conservationem Classica enim volumina aiunt , obsequendum recens mortuis , eo modo quo obsequabantur iisdem adhuc viventibus , obsequendum item olim defunctis ac si obsequerentur ipsis adhuc supersticibus , seu eo modo quo serviretur illis si in vita adhuc perseverarent juxta hoc priscorum axioma , ideo dictum fuit à Confucio : docetur populus habere adhuc quod agat in honorem suorum defunctorum , obsequiis scilicet studeat continuare obedientiam seu venerationem erga progenitores , vel etiam post illorum mortem non intermittendam .

In ultimâ hac sententia , littera 焉 non significat interire sed significat non adesse , aut valedicere , vel abesse , quæ significatio est maxime propriâ litteræ 焉 , cum de defunctis libri agentes eam litteram adhibent ; quam ipsam significationem exprimit Dictionarium cù guei citans librum bān xū dictum qui sic ait , pú y' cái , 焉 , guei چု . Ex eo quia res non adest amplius in eo loco , seu eo modo uti prius aderat ; littera 焉 pronuntiatur ad id explicandum .

NOTA XVII.

Circa Litteram či.

Litteræ či (ut innuimus supra notâ ; agentes de littera čiēn) oblationem significat, & quidem hæc či oblatio commune nomen est cuicunque oblationi competens, sive hæc sit proprium ac rigorosum sacrificium, sive sacrificium late sumptum & verius religiosus cultus, sive sit cultus & oblatio merè civilis ac politica, ut opinamur esse oblationem munerum, quæ sit in aulâ Confucii & quæ sit in aulis defunctorum. Omnis enim hujusmodi oblatio či nomine compellatur, vel etiam sū nomine ; quæ littera eandem fere habet latitudinem quam habet littera či, sed tunc quando sū littera ita genericè sumitur, idem significat quod significatur per ambas litteras či, vel sū či simul sumptas videlicet *oblatio in genere* : quæ quidem oblatio generica, & veluti in abstracto considerata realiter in singulis oblationibus reperitur : ut autem cognoscas an oblatio či in hac vel illâ oblationum specie sit rigorosum sacrificium, vel cultus merè religiosus, seu non sacrificium, vel cultus merè civilis, & politicus, hoc non nisi ex circumstantiis modo, fine, ob quem & cui dirigitur cognosci ac distingui poterit.

Et

Et quoniam non defuerunt ex Europeis quidam, qui non probè examinantes vim ac latitudinem vocis چ, putarunt Confucianos ritus, & defunctorum parentalia, eò quia per eandem چ litteram Sinenses explicant, esse rigorosa sacrificia, hodieque extat unus aut alter, qui adhuc hoc probare nititur, & insuper in confirmatione suæ illationis adducit authoritatem Patris Emanuelis Diaz, qui in libro typis Sincis dato, ubi explicat præcepta Decalogi, eadém چ littera utitur, adeoque affirmat, verum ac proprium sacrificium soli Deo vivo & vero competere, nec posse Sanctis, aut Angelis, ne vel ipsi quidem Immaculatæ Virginis sacrificii cultum competere. Ex quo loco R. P. F. Antonius à Sancta Maria hanc infert conclusionem: ergo littera چ significat rigorosum sacrificium: cum igitur Sinae cultum Confucio delatum & parentalia defunctorum per eandem چ litteram expponant, tum Confucio tum defunctis verum ac proprium Sacrificium exhibent, quod competit Soli Deo; ergo idololatriæ eos colunt.

Sed non advertit Patrem Emanuel Diaz ibi conqueri de idololatriis in communi, qui creaturis ut soli, lunæ, stellis, &c. divinum cultum exhibent, & sacrificia illis tanquam diis offerunt, cum illis non competit cultus hujusmodi, soli Creatori debitus: non advertit item, dictum Patrem Diaz ibi loqui de proprio & rigoroso sacrificio.

cio, adeoque accipere vocem *ci* jam contractam ad speciem rigorosi sacrificii, quæ oblatio & cultus quatenus talis nequam potest alteri competere: cæterum in suo illo libro Pater Diaz hanc nullo modo agitat quæstionem, an scilicet littera *ci* aliam habeat latitudinem ac vim significandi; Propterea operæ pretiūm duxi, hanc litteram penitus inqagando, ejus acceptationem & vim quam habet apud Sinas hic infra, si non breviter, saltem cum aliquali claritate proponere.

In primis latitudinem (& ut ita dicam) generalitatem litteræ *ci* ex ipso Sinico dictionario *çü* guéi dicto, possumus colligere; hoc enim citans librum xám xü tá chuén, sic ait: *ci chü yen cha ye, cha che chi ye: yen gin sú chü gên heú* *ci*. Oblationis *ci* explanatio nihil est aliud quam *examen* rerum pertinentium ad oblationem & *examen* ipsarum operationum *examen* autem hoc nihil est aliud quam *summum quid*, seu pertingere ad *summum* ac *perfectionem* operis: *vult dicere*, priùs hominis obsequia *operationesque* *pertinentes ad summum* seu *perfectionem*, & tum deinde oblatio illa, quæ si fit perfectè, *dicitur ci* Dictionarium item dicit *a oblatio ci nihil* aliud est quam *prævium examen operationum spectantium ad funebres ritus*; nam littera *ngán* hic idem est ac *discutere & examinare operationes resq; spe-*

a ci ngán saín li ye ngán che c'há hím ye.

stantes ad funus : videre scilicet , an hæ sint ritibus conformes nec ne , cum enim conformes sunt ritibus seu pertingunt ad summam debitam perfectionem , tunc quidquid solemnius assertur defunctis dicitur .

Antequam exponamus principiores oblationum species , quæ sub genericâ oblatione չi continentur , juvat hic recitare aliquas minus principales ; nec omnes omnino , quia propè innumeræ sunt apud Sinas oblationum species , sed eas dun- taxat quæ in ipso Dictionario ex unica littera չi componuntur , ut inde clarius patescat generica vis & latitudo oblationis չi ; cum enim omnes omnino oblationum species per litteram չi tanquam per prædicatum genericum definitur , patet litteram չi se habere tanquam gentis respectu suarum specierum . Itaque singulæ oblationes aut dicuntur չi յե , esse scilicet oblationes չi ; aut dicuntur չi միմ , videlicet oblationis չi nomina , seu species ; atque adeo sequitur oblationem չի respectu aliarum oblationum instar genus esse . Hæ quæ sequuntur oblationum species in ipso Dictionario in hunc modum definiuntur ; vi- delicet , յ չի յե , հծ չի յե , ժե չի յե , զւն չի յե , լօ չի յե , զն չի յե , լն չի միմ , սւ չի միմ , րեւ չի միմ , նց չի միմ , խւ չի միմ , խ չի միմ , թօ չի միմ , շւամ չի միմ , &c. Et ex his , & ex aliis quas hic brevitatis gratiâ non recitamus , patet ma-

nifestè oblationem & esse quid genericum competens cuicunque oblationi specificæ & individuæ.

Principaliores nunc oblationum species sub eâdem & litterâ contentas exponamus, & in primis illas, quæ ad rigorosum ac proprium sacrificium spectare videntur.

Itaque primum ac supremum & nobilius inter reliqua videtur esse sacrificium & holocaustum illud quod *c'hai* Sinæ vocant: de quo liber *lì kí vám chī* par. 3. fol. 8. sic ait: « (Agit hic de Imperatore lustrante ditiones orientales) Anni secundâ lunâ orientem lustrans Imperator ascendebat ad montem *ta'i c'um* dictum (idem est ac *ta'i xān* mons in Sinis celeberrimus) ibique offerebat cœlo , seu cœli supremo Imperatori holocaustum *c'hai* dictum , & inde respiciens montes ac flumina , cuium quoque suum deferebat montium aquarumque Præsidibus spiritibus *chú kiā yvē* , commentator in hunc locum sic ait , *Chai fān leāo 'y* , & *tiēn lh' caō chī yè* ; *zūm fām xam chuēn zām* & *chè* , *kiai yū cù vám lh' fū chī*. Sacrificium *'hai* id erat : videlicet ligna , quibus erat victima superimposita , accende bantur & sic ab Imperatore sacrificabatur cœlo : & hæc oblatio inter omnes oblationes summa ac præcipua erat : iis autem in Orientali regione spiritibus montium aquarum-

« *Sui lh' y'ē tuñ Sinñ xéù chī yū t'a qūñ s'ai ltī vám fū xān chu'ēn.*

que Praesidibus, quibus fas erat ut Imperator suam quoque oblationem offerret, iis inquam omnibus ex hoc eodem monte eò versus respiciens Imperator, suum quoque cultum deferebat. Hujus holocausti minutiores circumstantias nobis declarat liber *lī ki*, q̄i fā par. 8. fol. 31. cum ait: *fān chāi tāi tān*, q̄i *tieñ yē*, y' *māi tāi chē*, q̄i *k yē*. Cremantur ligna in alto, magno ac rotundo montis culmine ad sacrificandum cælo: sepelitur victima in magno ipsius montis quadrato colle ad sacrificandum terra: circumstantias quæ in his textūs verbis latent declarat (*chī kiā yvē*) commentator, cum ait, *Ciē c'hai yū t'ān xám kiā sem yō yū c'hai xám nāi leáo chō su k'i çà yù tieñ ciì q̄i tiēn chī lī yē*. *t'āi t'ān çiē hoān kieñ yē*. *t'āi chē çūn chī chī 'çū*. y' *māi sem pī*, *çio ti chī lī yē tāi chē*, *çiē fām k'ieñ* accumulantur aut congeruntur ligna in collis parte superiori, & imponitur vivum animal bos scilicet, & insuper lapides pretiosi super ligna, & deinde cremantur hac omnia. Sic fit ut odor ae fumus penetrat ad cælum usque. Et hic quidem est sacrificandi cælo ritus. verba illa *t'āi t'ān* idem sonant ac rotundum collem. *t'āi* vero littera honoris causâ hic apponitur. Sepelitur deinde aliud animal, & Sericum in colle quadrato montis & hic quidem est sacrificandi terra ritus; verba enim illa textūs *t'āi chē*, bunc scilicet quadratum collem significant.

Probabiliter inferimus hic non loqui de cælo terraque materialiter sumptis, sed de

ipso cœli terræque Imperatore supremo : sicuti in alio quamvis magno sacrificio , non ramen ita ex celso ac præcipuo , ut est sacrificium hoc *c'hai* in alio inquam *yū* dicto tūti ad ipsum supremum cœli Imperatorem dirigitur oblatio , & non ad ipsum cœlum materialiter sumptum , ita etiam dicendum videtur hoc nobilissimum holocaustum *c'hat* , inter reliqua sacrificia summum , dirigi ad ipsum cœli terræque Imperatorem.

De sacrificio autem *yū* liber *lì kí yrē lí*
part. 3. fol. 33. sic ait : *mím yeù sū guéi min*
k'i sú xan ch'uén pē yvén rá yū tí yúm xim
yō. (hic locus infra quoque in responsione
Apologetica adducitur) Imperator jubens
habentes Praefecturam , ut pro populo sibi com-
misso rogarent oblationesque offerrent montano-
rum fluminum , omniumque terræ fontium
Præsidibus spiritibus , ipse magnum illud sa-
crificium *yū* dictum obtulit cœli supremo
Imperatori , adhibens plenissimum musicorum ins-
trumentorum concentum . Interpres in hunc lo-
cūm sic ait : *yū chè biū civé k'i xim y'* , *k'ieù*
yū ch'i ci : ti chè t'ien ch'i ch'i çai yè. (Agit
hic de priscis Regibus quos in classe *fān* vām
dictā , Sinæ enumerant , qui ob communem
populi necessitatē ac terræ siccitatē ipsi-
met precibus ac sacrificiis pluviam pro po-
pulo à cœli Imperatore postulabant) id est ,
sacrificium *yū* illud est , quo reges *suspiran-*
tium & ejulantium instar suas voces ad cœlum
usque elevantes petebant pluviam sacrifican-
tes supremo cœli Imperatori ; (nam vox

illa, tī, cœli dominum ac gubernatorem hīc significat, qum ex hoc, atque ex aliis multis locis, tum etiam ex illo præcipuè loco lī kī yē līm par. 3. fol. 67. ubi magis explicatur modo recitata sententia clare constet, non ad cœlum terramque materialiter sumpta preces ac sacrificia dirigi sed ad ipsam cœli terræque Imperatorem atque ad iplos montium fluminumque præsides spiritus; textus enim sic ait: tieñ cù lim min vū pū bién c'ho k'i liē 'y cūm hoām t'ien xám iī mīm xāñ tā chueñ sū fāñ chī xīn, &c. Imperator jussit ut e populo nullus esset qui non omnino exerciceret suas vires in venerando Regalis cœli supremum Imperatorem ac reliquorum spirituum spiritum supremum: deinde in venerando insuper celebrium montium magnorumque flumen, quatuor denique orbis partium præsides spiritus.

Ex quo loco colliges 1. summam ac primam venerationem cultumque juberi ab Imperatore fieri supremo cœli Imperatori, & deinde reliquas spiritibus, adeoque cognosci à Sinensibus dignitatem & excellētiā supremi Imperatoris esse maiorem quam sit reliquorum spirituum; & insanum esset dicere, reliquos spiritus inferiores esse viros intelligentes, ac potentes, opem præbere perentibus populis, supremum vero Imperatorem xám si esse quid mortuum, non intelligens neque potens, seu identificari cum ipso cœlo materiali, aut esse ipsam cœli virtutem quamdam materialē vel ke'i (ut Atheorum aliqui inquit)

virtutem, inquam, mortuam & materialem ipsi cœlo materiali innatam.

Colliges 2. in ipso textu clarè distingui cœlum materiale, ab ipso cœli Imperatore xám tî; nam eo modo quo textus evidenter distinguit tò xin id est præsides spiritus à tòs mim xan vel tâ cha'eh vel sú fath, quæ omnia res illas significant, quibus spiritus præsident; ita eâdem evidentiâ distinguit tò xám tî supremum scilicet Imperatorem à tòs hoám r'ieh id est regali cœlo seu folio ipsius supremi Imperatoris.

Colliges 3. eodem modo intelligendos locos illos ubi (cum agatur de veneratione aut oblationibus Sinenſium erga cœlum aut montes & flumina, & ab his petantur beneficia) explicitè non ponuntur in ipso textu voces xám tî vel xin intelliſi debere quod loquantur de veneratione & cultu erga cœli Imperatorem & spiritus, non autem erga cœlum materiale, aut ipsos montes ut patet ex aliis innumeris locis, & ex ipsis interpretibus, qui hoc ipsum quod dixi quandoque innuumt.

Colliges 4. cultum & venerationem erga supremum cœli Imperatorem, & erga reliquos spiritus esse quidem communem omnibus, ac juberi summis infimisque, non item ita communes esse ritus omnes sacrificandi, aut munera offerendi iisdem, non enim omnes cujuscunque sint conditionis offerre possunt cœlo sacrificia, sed unicus Imperator, neque omnes spiritibus: Ritus hujusmodi extrinseci & solemnnes juxta

juxta cujusque dignitatem, ac personarum qualitatem inter Sinas ex libris rituum partiuntur.

Aliud quod inter præcipua Imperatorum sacrificia esse censetur, est sacrificium kiaō dictum. De hoc sacrificio liber lì kiaō tē sem̄ par. 5. fol. 34. hæc ait: *kiaō chī c̄t yè y'm chàm gē chī chī yè tā pao t'ien lh'* chī gē yè. Per hoc sacrificium kiaō reges procedebant obviam cr̄sentium dierum initio maximisque honoribus gratias referebant cœlo, & inter reliquos anni dies hunc præcipuum ducebant esse diem chū kia yvē commentator in hunc locum sic ait: *kiaō c̄t chē pao t'ien t̄ chī t̄ sū , lh' chī yū y'm chàm gē, chī chī.* Sacrificio kiaō gratiae referebantur propter cœli terreque magnas quædam res, seu magna quædam beneficia: & præcipue solemnis ritus ille erat, obviam scilicet procedere crescentium dierum initio. Idem commentator deinde volens penitus indagare verum propriumque ritum sacrificii kiaō, illumque distinguere ab aliis ritibus, tandem nihil ferè certi valens statuere sic ait: *kiñ ngán kiaō sū yē c̄tē, Siet̄ yū chī lún pú yē chē: yeù cù yvē yñ yvē chī yē: y eù cheū t̄ lù lì fueñ: yeù y' kiaō yù yvēn k'ieù guēi lh' sū y eù y eù cí t'ien yú k'i cō guēi lh' kiaō: kiñ kiai pú fō c̄iām pien', lh' y' chū cù xuē guēi tim.* Nunc examinemus hujuscemodi oblationis unicum paragraphum, & quidem inveniemus predecessorum litteratorum rationationem non unam tandemque fuisse:

sunt enim qui dicunt, oblationem kiaō fieri
solitam undecimā lunā, cù dictā, ab eā quæ
siebat primā lunā yñ dicta longè differre:
sunt item qui dicunt, familiæ cheū ritum
circa oblationem kiaō ab Regni Lù ritu
differre: item sunt qui ex ipsa oblatione kiaō
& rotundo illo colle, ubi siebat oblatio, non
unam faciunt, sed duas res seu oblationes
distinctas: item sunt qui dicunt sacrificium
illud kiaō cœlo fieri solitum, cum oblatione
illā rogativā frugum terræ fieri solitā in qua-
drato colle, non unam esse, sed duas
distinctas oblationes, ambas kiaō nomine
nuncupatas (juxta hanc ultimam opinio-
nem, uti dicitur in lib. chūm yūm fol: 14.
par. 2. §. 1. Kiaō xé chí lì sò y' sú xám
tī, deberet ipsa oblatio xé vocari non qui-
dem xé sed kiaō) nunc autem prosequitur
interpres: *hac omnia non iterum iterumque mi-*
nutrum discutiunt rūdiores, sed quasi iuraf-
fent in verba magistri, juxta ea quæ auc-
tor unus chū cù scilicet, de hac materiā
statuit, id esse statutum volunt; haec-
nus commentator lib. lì kí.

Ea autem quæ de sacrificio kiaō Sinicum
Dictionary dicit hæc sunt: *Kiaō* cí mím:
sum cbí sú t'ien yvē nân kiaō biá chí sú ts
yvē pē kiaō cù guéi sú t'ien tí guéi kiaō, &c.
sacrificium k'ao continetur sub genere *obla-*
tionis cí: quæ quidem oblatio kiaō cum
sit hiberno solsticio 22. Decembris, ipsi cœlo,
tunc vocatur nati kiaō seu australis obla-
tio; cum autem eadem oblatio sit astrop-

solsticio (22. Julii) ipsi terra cum vocatur pē kiaō , seu septentrionalis oblatio : idēd dici solet oblationem factam cælo & terra esse ipsam oblationem kiaō dictam ; ac si diceret ; unicum ipsum nomen , kiaō indicat ambas hasce oblationes : quæ sententia coincidit cum ultimâ sententiâ ab interprete libri li ki supra allatâ.

Ut autem clarius item cognoscatur opinionum diversitas in declarando sacerdotium kiaō , placet hic subnectere aliam sacrificiorum speciem lúi dictam , quæ & ipsa inter præcipuas ac nobiliores numeratur . Non enim differte videtur ab ipsâ kiaō oblatione . Itaque de oblatione lúi Dictionarium Sinicum hæc ait : lúi qí mām yé : kiaō sā guei c'ham qí fí c'ham qí th' qí t'eo yā t'ien k'í li yē nū kiaō sū guei ch'í c'í yvē h'á ; &c. sacrificium lui sub genere oblationis qí continetur illa quæ kiaō dicitur oblatio , est ordinaria & quæ quotannis suis statutis temporibus semper fit oblatio : quæ autem non semper & ordinatio fit oblatio , sed talis est ut illa sacrificetur cælo : cuius ritus item conformetur tituli oblationis kiaō , tunc utique ejusmodi oblatio dicitur lúi . Dictionarium deinde citat librum est minuti , x̄ id yā dictum qui sic habet xi lui xi ma est , scilicet sacrificium lúi Et est etiam sacrificium ma . Ad explicandum hunc carminum locum mox citat librum li ki ram ite par. 3. fol. 10. & 12. ubi dicitur :

q q ij

t'ien çù çiatk chō chím lúi hù xám tì , ii hù
 xé , çáo hù , nì , mà yū sò chím chí tì , &c.
*Imperator paulò antequam egrediatur ad oppug-
 nandum terram quampiam , sacrificabat
 oblatione lui dicta supremo cœli Imperatori , &c
 hoc est primum quod agit : deinde suum
 quoque offert munus spiritibus xé dictis : de-
 fert scilicet cultum religiosum oblatione yì
 dictâ spiritibus terra Praesidibus 3°. Oblatione
 cáo dictâ veneratur defunctos reges prædeces-
 sores , hoc enim significat nì littera. Deni-
 que oblatione mà dictâ offert munera specia-
 li illi spiritui , qui præses est loci ac terra
 ad quam oppugnandam se accingit. Chú
 kiā yvē commentator in librum lì xí citatum
 locum sic explicat : mà hím sit chí cí yè mà
 est illa quæ fit cum ducitur exercitus ad op-
 pugnandum oblatio.*

Dictionarium verò ait mà cí miñ yè : mà
 continetur sub genere oblationis. Deinde
 citat librum yath yúm Sien dictum , qui sic
 ait : « quando Imperator equitans offere ma-
 nus suum spiritibus , tunc illa oblatio voca-
 tur mà. Quando verò sedens in curru offert
 tunc illa oblatio vocatur fan'. De littera nì
 Dictionarium hæc ait : nì chè çù miaó yè ,
 quando dicitur quod Imperator per obla-
 tionem cáo offerat munera , tunc littera
 nì nihil aliud significat quam Progenitorum
 culam in quâ in munus offertur. De litter-

• MÀ xám cí yvē mà , xiū xám , cí yvē fán.

ra autem ȝ hæc ait : y' ȝi miñ yè. Oblatio y' continetur sub genere oblationis ȝi deinde citat librum ch̄i yà dictum, qui sic ait : ȝi piñ biuñ cheuñ guei liú yeuñ fū paí ȝi ch̄i ȝ' k'ieuñ fō y', cū yvē ȝy, &c. Quando proper inimicorum militum potentiam ac ferocitatem, & propter præliorum pericula imminentia præviè sibi timens Imperator probabiliter putat futuram sibi & populo destructionem aliquam, tunc offert munera terræ spiritibus, ut petat ab illis felicitatem aquam, seu quietem ac pacem debitam in illis circumstantiis : & hinc est quod dicta oblatio dicatur ȝy, aqua scilicet ac maxime conveniens. Huc etiam spectare videtur oblatio heuñ dicta, de qua Dictionarium ait heuñ ȝi kieuñ fō yè ; quæ heuñ dicitur oblatio, est ad petendam felicitatem seu quietem.

Aliæ similes minùs principales oblationes multæ sunt ; inter alias illa est quæ yum dicitur, de quâ Dictionarium ait yum jañ fum ȝi yù oblatio yum est illa quâ favorabiles petuntur venti, aut cessatio ventorum dissipantium arbores domosque, & quâ etiam sacrificatur pro pluvia obtinendâ aut cessandâ : citat deinde librum ȝò cheuñ dictum qui hæc ait : xath c'huēn ch̄i xin ȝe xiù han li yø ch̄i ȝai yù xi hù yùm ch̄i ; ḡe yvē siñ xin ch̄i xin ȝe xuām sivē sum yù ch̄i pú xi yù xi hù yùm ch̄i, &c. montium fluminumque spiritus, quando aquarum siccitate, & morborum calamitatibus populus affligitur ac vexatur in his circuns-

tanis oblatione yuh placant : solis lunæ stellarum ac constellationum spiritus quando pruinæ , aut nives , aut venti , aut pluvia sine intermissione terram affligunt in his circumstantiis oblatione yun placant.

Alia oblatio huc spectans dicitur fe, de qua Dictionarium ait : a fe ad repellenda quicumque mala oblatio est , ad repellendas scilicet calamitates & nociva infestaque , atque ad perendam felicitatem seu quietem & liberationem à malis.

Cum hac Dictionarium conjungit aliam oblationem ejusdem speciei , bi dictam , ait enim b fe & hi ad repellenda nociva infestaque institutæ fuerunt & continentur sub genere oblationis ci.

Alia est oblatio quæ cao dicitur , de qua Dictionarium ait c cao est quadam oblatio deprecatoria & oblatio pertinens ad genus oblationis ci.

Alia est quæ dicitur guei , de qua in Dictionario dicitur d deprecatoria oblatio ad repellenda infortunia & calamitates ingruentes.

Alia item est deprecatoria oblatio mai dicta quæ Imperator petit prolem ut ait Dictionarium . e

Alia est oblatio che dicta , de qua in Dic-

a Fe c'hū ngō ci yè , c'hū çai xie'u fō yè.

b Fe hi c'hū ngō ci mim.

c Caō yē caō ci yē.

d C'hē yañ chī ci.

e Ti'en' qū xie'u qū ci.

tionario dicitur & est *spes oblatio*, quando scilicet quis sperat se obtentum quidpiam, vel illa est *oblatio*, quæ à longè fit respiciendo locum illum cui præsident spiritus quibus fit *oblatio*.

Alia est *oblatio* cõ dicta de qua idem Dictionarium ait b. esse *precatoriam* aut *laudatoriam oblationem*: quæ cão *oblatio* cum de spiritibus agitur indicat preces vel laudes & munera quæ spiritibus offeruntur, cum autem de defunctis viris illustribus agitur indicat orationem funebrem seu eorum encomia quæ à persona gravi recitantur cùm munera offeruntur de qua re vide supra nota 12.

Inter eas oblationes quæ spiritibus offeruntur illa *biam'* dicitur, est de qua passim in libris fit mentio. Dirigitur ea aliquando ad supremum spiritum xám. tis, tunc præcipue cum de Imperatore offerente sermo est: hæc *oblatio biam'* quæconque illa sit, illa esse dicitur, quæ acceptari videatur à spiritu illo ad quem dirigitur, & tunc quidem creditur acceptari cùm fit juxta regulas quas ritus præscribunt, & sincero ac reverenti animo exhibetur. De haç itaque oblatione in Dictionario dicitur: c *Hiam* tunc dicitur quando offertur quidpiam *spiritibus*, & spiritus id acceptare

a Vám gú yé.

b Cáo cí;

c Hiam cí ná xiā biān chū yé.

aut eo delectari censentur. Hiam' item littera saepius in libris non ipsam oblationem; sed acceptationem oblationis significat, ut patebit, serio legenti ipsos Sinicos libros, vel expositionem in lib. sū xū. Unicam duntaxat hic brevitatis gratia sententiam afferam ex lib. *Lì kī yvē lim'*, part.3. fol.76. depromptam quæ sic habet t'ieñ cù nāi mím çai chō suin him bī señ, xi ci'ven, kiú, ngán cù boán, cheñ fi ci'e, c'ha vē sē pī lū, leám Siad rā, xi, cha'm tuón kiai chum tú, ù chè pī, tam xám tī k'i biām, &c. Imperator itaque jubet eum qui gubernat ritus orationis funebris, ut examinet animalia illa quæ decet Imperatorem offerre (quid hic significant binæ litteræ hī señ vide suprà nota 5.) recte inquam consideret videatque, si sine integræ & sine ullâ laſione 1. examinet tūm ea quæ ruminant comeduntque herbas (ut sunt boves, oves, &c.) tum quæ orizam similiaque comedunt (ut sues, &c.) 2. videat an illa pinguia sint vel macra. 3. Examinet rerum seu animalium colorem si omnino conformis sit illi speciei quam Imperatorem offerre decet. 4. Metiatur quantum sit animal parvum an magnum. 5. Denique videat minuteque consideret requisita omnia, an inquam omnia sint juxta ritus ac regulas; quinque enim hæc si prompta paraque sint ac perfecta, in ipso animali offerendo potest vel supremus ipse cœli imperator illud in munus acceptare. Chú kia yvē commentator in hunc locum sic ait, ù chè hé sié pī lib^{tam}

tatti yū sū xám ri , c'ie hñ hia'm ob'i hoám k'ün xin hñ. Quinque illa requisita in animali offerendo , cum omnino sunt promptae ac perfecta , jam tunc potest offerri animal in sacrificium vel ipsi supremo cœli Imperatori & ita quidem ut is latus suscipiat tale munus ; quanto igitur magis id offerri poterit atque acceptabit reliqua multirudo spirituum ? Ex hoc loco evidenter infertur tum multitudo spirituum , tum præexcellenta quam habet supremus cœli Imperator supra reliquos spiritus.

Alia est item oblatio c'heñ , vel xén : dicta , de qua Dictionarium dicit : non esse scilicet. Oblationem fieri solitam cœlo ac terræ deinde clariùs explicans illam sic ait : Cù chè t'ien cù suñ xuñ chi yū sū yō c'è fush t'ui xan lñ c'hi t'ien xén Siò xan lñ c'hi xan c'hueta. Prisci olim quando Imperator his trans Provincias perveniebat ad celebres quatuor montes atque sibi soli deligebat celeberrimum illum montem t'ai xan , dictum & ritu Imperatorio sacrificabat cœlo ; tunc inquam prisci (præfecti scilicet) oblatione xén suam quodque cultum deferebant , in parvis montibus , ibi scilicet sua munera offerabant montium , aquarumque Præsidibus spiritibus.

Alia est oblatio chá dicta , de qua in lib. 11^o kí , kiaõ t'e' seth part. 5. fol. 37. dicitur : b. chá est illa oblatio quæ sic vocata spiritibus

a cí t'ien tí yé.

b Chá cí Pá xin , shá yé chézso yé .

in luna undecima , chā enim idem est ac ~~in~~
quirere seu adire loca illa ubi, hos octo spi-
ritus venerantur. Chū kiā yvē. Commentator
in hunc locum sic ait : Sō kie'ū sō k'i , xīn
yē. Xīm gīn yō pāo k'i xīn , chī yē cūm chē
cū kie'ū sō lb' cī chī yē. littera illa sō hic
idem significat ac binæ litteræ kie'ū sō in-
quirere scilicet eos spiritus , seu accedere ad
loca illa ubi spiritus venerantur : non enim
sufficit ut domi suæ quisquam manens vene-
retur spiritus : Nam sapientes viri cum vellent
grati esse illis spiritibus à quibus acceperant be-
neficia , utique eos inquirebant atque oblationi-
bus venerabantur.

Alia oblatio xé dicta , illa est quæ fit
terræ in colle quadrato , de qua supra in
sacrificio c'hai & item in sacrificio , kiaō
fit mentio : nunc autem apud plebem xé
littera indicat illos terræ spiritus , quos
z'u xīn vocant Sinenses , quosque supersti-
tiese colunt : vel illa est oblatio quæ fie-
bat terræ spiritibus quando Imperator exi-
bat ad oppugnandum inimicorum Regio-
nes , (de qua etiam supra) Hinc oblatio ,
quam xīn vocat Dictionarium cum ait :
xīn c'ho Pīm cī xē chī jō , nihil est aliud
quam exeuntium militum ad pugnandum
portio illa (qua ex sacrificio xé supererant)
carnium :

Alia oblatio cù dicta ut ait Dictionarium ,
illa est qua oblationis cultus defertur in

* cī tāo xīn yvē cù.

illis spirituum fanis quæ obvia cuique sunt in itineribus : hæ enim oblationes votantur cù.

Alia oblatio fam̄ dicta , & illa est quæ offeruntur munera quatuor partium orbis praesidibus spiritibus.

Alia oblatio liu dicta , & quæ item alio modo inscribitur , videlicet liu in eodem Dictionario illa esse dicitur quâ si xam̄ obuēn offeruntur munera montium aquarumque praesidibus spiritibus.

Alia item oblatio Piē dicitur , de qua Dictionarium cão xam̄ si id est , que super focum fit oblatio , seu dirigitur ad spiritum foci.

Aliquas alias quoque oblationes fieri solitas spiritibus in notas superiores inserimus , ubi facile videri possunt , sicuti & oblationes quæ sunt defunctis Progenitoribus , aut Magistro totius Regni Confucio.

Hic tamen non possum non referre solemnies illos parentales ritus fieri solitos à Regibus , si dictos de quibus passim fit mentio in libris classicis & inter funebres ritus præcipuum obtinent locum de his Dictionarium ait : i'i vân chè id cí mím : i'i chè si k'i cù sò cù c'ho oblationes illæ seu parentalia quæ siebant Regibus defunctis sunt magni hominis oblationes nam oblatione i'i Prisci Reges singulis quinquenniis semel ac solemniter offerebant munera suis progenitoribus , scilicet à quibus suam originem traduxerant .

* cí sú fam̄ ye.

Magna item ac celebria erant quæ fiebant
parentalia Regum singulis triennis semel,
& hiā vocabantur de his idem Dictiona-
rium ait: hiā tā hō ȳī sat̄ miēn yē hiā, ù
miēn yē t̄i. Erat magna conjunctionis oblatio seu
erat celebris magnique concursūs consan-
guineorum; singulis trienniis semel fiebat obla-
tio hiā & singulis quinquenniis semel oblatio
t̄i deinde magis explicans hanc quinquen-
nalem ac triennalem oblationem hæc ad-
dit t̄i t̄i yē: t̄i xīn chāo mō cūn pī chī ȳ:
hiā chī hō yē; tuñ xē yvē ù cō c̄him cū cō
jō hō ȳn xē yū t̄ai cū. Vox illa t̄i signi-
ficat examen; examinabant scilicet ac distin-
guebant defunctos suos tūm qui à dextris
tūm qui à Sinistris erant, modernos &
antiquos suis propriis ac juxta cujusque dig-
nitatem debitis officiis venerantes; sic ut
eos qui digniores ac titulares fuerant alio
seu nobillori ritu & eos qui privati & non
titulares fuerant, alio seu ignobiliori ritu
honorarent alia littera hiā dicta conjunctio-
nem significat, quia scilicet hyemis decima
luna omnes fruges perfectæ ac matura sunt,
ideo consanguinei omnes (qui offa & caro
dicuntur) in unum congregati atque offre-
rentes vina & dapes, fructus, ac terræ
fruges bibebant & edebant in aula ante ta-
bellas suorum Progenitorum. Alludit hīc
ad illos ritus defunctorum de quibus agitur
in lib. chūm yūm fol. 14. pag. I. §. I. vide ex-
positionem in lib. chūm yūm.

Aliæ sunt oblationes minùs principales

quæ ad defunctorum ritus ac parentalia pertinent quas nobis ipsum sinicum Dictionarium proponit & quidem una est c'ū vocata , quæ fit in autis defunctorum verno tempore a cum veris tempore offeruntur munera defunctis , oblatio illa vocatur c'ū.

Alia vocatur fū de qua dicitur b oblatio fū tunc est quando in aula congeruntur dapes ante defunctos progenitores.

Alia Parentum dicta c illa scilicet est , quando intra domesticos parietes offeruntur munera defunctis avis.

Alia item t'an. dicta d illa est quando deferuntur vestes funebres oblatio , cum scilicet consanguinei adimplete ac finito luctus tempore vestes mutant.

Aliae item sunt oblationes , quæ ad defunctos pertinere videntur , ut est illa , cō , dicta de qua sic scribitur : e cō , est illa oblatio quæ fit in anni fine & continetur sub genere oblationis ci. Hæc eadem tempore familiæ biā vocabatur c'im ; tempore familiæ xām vocabantur kiā Pi'm , tempore familiæ choñ vocabatur rā cō , tempore familiæ c'in vocabatur lā .

Illa item cū dicta yvē cū miñ menstruae oblationis nomen. Illa etiam quæ yē vocabatur , f cum scilicet oblatio transferebatur in sequentem diem.

a C'hun ci yvē c'ū. b Hō xē yū Sien ū.

c Mueñ nañ ci Sien ū. d C'hū fō ū.

e Cō niçñ. chum ū miñ. f ci chi miñ gñ

Et illa Sien' dicta a erat oblatio superflua
sed crudæ carnis.

At illa fañ dicta b erat oblatio superfluæ
sed cocta carnis.

Illa item nūñ dicta c erat plena quædam
ac pinguis oblatio.

Illa è contrario yo dicta d erat pauper &
ordinaria quædam oblatio.

Est & illa Leú dicta y' xë cí erat pota-
bilium & comestibulum oblatio.

Illa denique quæ pér effusionem vini in
terram siebat dicebatur quón , hodieque
inter gentiles in usu est : quæ unde suam
traxerit originem declaratur ab ipso Dic-
tionario sínico his verbis : quón cí ché
c'hám 'y quón tí , &c. Citat deinde alium au-
thorem qui sic ait : Quón illa erat oblatio
qua infundebatur vinum in poculum & eo
aspergebatur terra seu siebat hæc oblatio
quón per effusionem vini in terram. Ille
quem citat auctor originem hujus obla-
tionis clariùs sic explicat : Chō yū ciō 'y
bién xi xi xeú cieu pú y'n quón yū tí , cí
guéi quón (quón quón t'uñ yúm) cùm miào
yeù quón t'iēn tí tá xin pú quón. Vinum il-
lud infundebatur in poculum ut offerretur illi
qui substituebatur loco defuncti & diceba-
tur xi (de hoc substituto supra satis dic-
tam est nota 13. & 16.) substitutus accipie-
bat quidem vinum sed non potabat , quin

a cí y'ú xó jō. b cí yú xó jō yé.
c Heú cí yé. d Pó cí yé.

imò effundebat illud in terram , idè hæc oblatio dicta fuit quón quod est effundere (nam ambæ illæ litteræ quón & quón , quamvis diversimodè scribantur eundem tamen usum & significationem hic habent) in aulis duntaxat defunctorum dabatur ac permettebatur ejusmodi effusio vini super terram ; in oblationibus verò quæ siebant cælo terra magnisque spiritibus , non dabatur nec permettebatur vini effusio .

Non esset unquam futurus finis , si vellemus hic omnes omnino hujus tam politicæ gentis ritus & oblationes contexere . Pro complemento itaque ac fine 17. hujus & ultimæ notæ . Placet hic referre locum illum libri lì kí , hiàm y'n part. 10. fol. 47. ubi agitur de ritibus urbanitatis inter convivantes , ut ex hoc loco clariùs constet , vocem atque oblationem cí nō modò complecti sub suâ vi genericâ oblationes fieri solitas supremo cœli Imperatori , reliquisque spiritibus aut viris defunctis , sed etiam se extendere ad ritus fieri solitos inter amicos præcipue in conviviis solemnioribus , cum honoratus aliquis hospes invitatur . Catus itaque liber sic ait : cí cién cí cieu kím lì yè cí fi c'hâm lì yè ciú cieu c'hím lì yè yú sié mō yén xi sié chī chím fi chueñ guéi y'n xé yè guéi him lì yè c'au sò 'y quét lì lh' cién c'au yè cù Siéñ lì lh' heú c'au chī y' yè Siéñ lì lh' heú c'au c'ē mím çō kím jám lh' pú çem 'y . Versio literalis est oblatio dapum & oblatio yini . Quæ mutuo fit inter convi-

vantes nihil aliud est , seu ad nullum alium finem instituta fuit, quam ad *vene-*
*rando*s æstimandosque *urbanitatis* ritus, hinc
dicitur quod *prælibare dapes* sibi oblatas in
convivio sit *prælibare ritus*, & *prælibare* si-
bi oblatum *vinum* sit perficere *ritus urbani-*
tatis & quidem in loco illo qui sit *mense*
novissimus seu *ignobilior*, qui dicitur hoc
ipso esse ipsius *mense verus ac proprius* locus
ad *hanc vini prælibationem faciendam*.
Porrò h̄i *conviviorum ritus & mutuae obla-*
tiones dāpum ac vini *non eo fine & quasi*
datâ operâ fuerunt institutæ ut pro merâ *po-*
tatione & commestione fierent, ad replendum
scilicet ventrem , sed pro *exercendis ritibus*
urbanitatis hoc enim est id quo æstimatorum *ri-*
itus , & parvi penduntur opes ac divitiæ : hoc
item est *præponendi ritus & postponendi*
opes institutum , & id quod à Priscis saepius
nobis commendatur si enim *præponantur* seu
pluris æstimentur *urbanitatis officia & post-*
ponantur seu minus æstimentur *opes* in Re-
publica , tunc *populus* se exercebit in *vene-*
rando obsequendoque & in cedendo semper aliis,
atque ita nulla erunt inter homines *con-*
tentiones aut rixæ. Commentatoris verba in
hunc locum clarius declarant ejusmodi
urbanitatis officia inter dominum seu eum
qui invitat , & hospitem invitatum ad con-
vivium chū kīā yvē commentator itaque sic
ait : گی چین چې چۈ گىن بىئۇ پىن پىن چې سىء
گى سۆ چىئۇ فۇ ھاى يە گى چىئۇ چې پىن كى گى چىئ
يەن گى چىئ ۋە گۇ خى پىن كىم چۈم چۈ گىن
چې

thū li yè piñ kí cí ciéu chī héu hím cíu gá
 xám chī 'fi cí chī chī sò y' c'hám chū gín
 chī li yè qui quei y'n chū gín chī ciéu lh' gē
 k'eu sò y' c'hím chū gín chī li yè Sié mō Sié s̄
 t'aú vè yén cí fi cái ciéu cí ciéu cai héu cí xi c'hám
 cí chī mím cí ciéu xi ví y'n chī c'hím cù cí ciéu
 yú cí cién Siám lien piào kí kim li chī s̄
 kim chū gín chī) vè cù cí cién cí ciéu cí fi
 kíai cái Sié chum cíci cí gē yū kí cù cái
 Sié mō yū Sié xám chè xi guéi li yū Sié
 mō cíci cíxi cíci cíci.

Versio litteralis est : binæ illæ litteræ
 cí cién (inquit commentator) nihil aliud
 significant quam ipsius domini seu invitans
 oblationem illam dapum factam hospiti
 seu invitato ad convivium. *Hospes autem*
 tunc ex ipsa mensa offert ipsi domino quas
 sibi dominus obrulit dapes, verba illa tex
 tus cí cién hanc habent significationem,
 videlicet, *hospes* quoniam oblatas sibi de
 nudo obrulit dapes ipsi domino, huic ipse
 vicissim offert vinum & hoc est hospitem ve
 nerari per quam maxime ipsius domini urbanit
 atis officia, *hospes*, item postquam obrulit
 vinum stans accipit ex patina vel scutella da
 pes, & pralibat ac masticat dentibus & hoc est
 id per quod *hospes* dicitur pralibare domini
 officia urbanitatis. Cum autem textus dicat
 qui per hanc vocem indicat quod *hospes*
 bibat oblatum à domino vinum atque ore
 deglutiatur, & hoc est id per quod dicitur
hospes complere ac perficere ipsius domini offi
 cia urbanitatis. Verba illa textus *Sié mō*

nihil aliud significant quām mensa occidentalem partem seu ignobiliorem locum. Item ex textu ipso patet prelibationem dapum esse priorem & oblationem vini esse posteriorem, &c. Vox illa textus, nempe q̄i nihil aliud est quam ipsius prelibationis ac commestionis nomen binæ verò voces q̄i c̄iēn, sunt illæ voces quibus vinum oblatum vel ab hospite ipsi domino, vel ab hoc ipsi hospiti: antequam potetur, nominatur, ideo oblatio vini & oblatio dapum sunt vicissim una immediate post aliam sine ullâ morâ, nam hospes ut supra dictum est postquam obtulit vinum statim offert dapes ipsi domino, sic ostendens se una simul venerari cum urbanitatis officia, tum etiam venerari ipsius domini res. Ideo etiam offerre dapes, offerre vinum & pralibare ipsas dapes omnes ha functiones fiunt in mensa medio at vero actio illa bibendi vinum, cum vinum ingrediatur in ipsum hospitem, ideo sit in mensa ultimo loco, cum illis functionibus quæ fiunt in mensa medio utique magni fiunt officia urbanitatis, cum functione illâ factâ in mensa ultimo loco quando potatur vinum utique parvi penduntur opes.

Et hæc dicta sufficient de vi ac latitudine litteræ q̄i. Haec enī R. P. Franciscus Brancatus cuius septemdecim notas si accurate legere voluerimus in iis profecto inventiemus fundamenta & rationes quibus ferè omnia dubia, quæ circa ritus Confucianos & defunctorum contra Prædecesso-

res nostros insurrexerunt , hodieque contra nos insurgunt facili negotio resolvamus.

Utile non sine fructu aliquo ex hisce notis ad nostram Apologeticam responsionem revertamur. Placet hic colligere.

1º. In institutione rituum facta à Regibus in honorem Confucii totius Regni Magistri (ut patet ex litterali versione textus quem Paternitas ipsa Vestra in suo manuscripto contra nos citaverat duntaxat) nullam mentionem fieri de effusione vini super auriculas porci feligendi neque de Reverentiis exhibendis à Praefectis porco selecto neque ipsam animalium occisionem quamquam juberi à Regibus , quasi morte illorum honorare vellent Confucium , sed determinari duntaxat in munus tor & talis speciei animalia offrenda ante tabellas memorativas tum ipsius Confucii tum reliquorum sapientum ; nec jussum esse à Regibus ut porci & bovis pilis sanguis , & adeps dentur sepultura : quæ omnia sunt ea quæ speciem quamdam superstitionis aut vanæ observationis præseferre videri possunt Europæis illis , quibus nuda hæc proponuntur (uti nobis hic proposuit Paternitas Vestra) absque eo quod unà simul fiant à Sinensibus , & erga quem fiant (nempe Magistrum) & quo cultu fiant , an scilicet religioso , an vano & superstitioso , an merè civili ; sicut enim non pauci ritus Europeorum , vel etiam ex Sacris prima facie Sinensibus qui nesciant eorum

ſ ſ ij

vim ac finem , videntur esse vani aut ridiculi aut saltem similes iis quos superstitiones exercent hic sectarii ; deinde verò Sinensibus iisdem qui nostros libros legunt nostrorumque rituum institutionem finemque cognoscunt , videntur jam esse à suis valde dissimiles ac statim laudare incipiunt nostros ritus aut saltem non amplius vituperant ; ita etiam nobis Europæis ratio dictat ; aut priùs diligenter examinemus gentium ritus , ac deinde distinctis jam superstitionis vanisque ab iis qui sunt mere civiles , hos laudemus , illos vituperemus .

Non hæc dicimus , eò quia omnes omnino Sinenses ritus approbare velimus , aut omnes omnino civiles esse putemus , sed ideo ut lector non sit adeò præceps in judicando de gentium ritibus , utque quoq; mere civiles esse in quâque gente reperit , si non laudare positivè , saltem tolerare lubeat , & non vituperare ; tunc præcipue cum notabile Christianis damnum timetur , si in ritibus quoque civilibus veliç Evangelii Præco Christianitatem suam conformati cum ritibus Romanis . Hinc factum est ut nostræ huic Apologeticæ responsioni inferuerimus septendecim Superiores notas cum ipsâ textus aliarumque sententiarum litterali versione , ut scilicet prudens lector certius maturiusque judicium de hisce Confucianis , aut defunctorum ritibus ferre possit .

2º, **COLLIGE RITUS HOSCE CONFUCIANOS BIS IN ANNO FIERI SOLITOS** (de quibus textus supra latinè sed literaliter redditus loquitur) **EOS ESSE , QUOS PRÆDECESSORES NOSTRI SINICÆ MISSIONIS PATRES NON PERMISERUNT CHRISTIANIS , NEQUE NOS UNQUAM PERMISIMUS.** Aliud enim est Christianum quempiam è litteratis aliquando forte egisse tales ritus in Aula Confucii & aliud est Patres nostros permisisse aut consilium dedisse Christianis ut illos ritus agerent : non quia judicarent ritus Confucianos esse idololatricos & superstitiones aut continere veram & propriam rationem sacrificii rigorosè sumpti , sed quia hic & nunc nulla urgebat necessitas permittendi aut declarandi per totam Christianitatem ritus hosce (bis tantum in anno fieri solitos in Aula Confucii) esse omnino honestos ac licitos quippe merè civiles.

Imitati quidem sumus Patres familias ; qui hic & nunc filiis adolescentulis quos tenerrimè diligunt non permittunt certos quosdam ludos , quamvis sint ludi honesti ac liciti , ne majorem scilicet filii quam par est libertatem accipient , & inde paulatim ad alios atque alios ludos gradum facientes totos se ludis dedant cum periculo amittendæ valetudinis , aut devotionis , aut saltem refrigescendi à fervore studiorum aliaque ejusmodi incommoda subeundi . Hinc autem non rectè inferas ; Patres

Societatis non permiserunt neque permit-
tunt Christianis Sinensibus hos speciales ri-
tus Confucianos bis in anno fieri solitos
ante tabellam Confucii : ergo hi speciales
ritus Confuciani sunt idololatrici aut su-
perstitiosi vel vani , sicuti ex illo antece-
denti , Patres familias non permittunt fi-
liis adolescentulis speciales quosdam lu-
dos , non recte inferes , ergo illi speciales
ludi sunt dishonesti & illiciti : in iis enim
rebus quæ non ex se sed ex circumstantiis
extrinsecis malæ aut nocivæ sunt , illatio
illa absolute prolata non valet ; possunt
enim accedere circumstantiæ tales in quibus
nulla præbeatur aut occasio scandali infir-
mioribus , aut quidpiam aliud quod dede-
ceat sanctæ legis illustre inter Sinas nomen ,
& aliunde urgeat necessitas , ob quam Præ-
fecto cuiquam permitti possint ejusmodi ri-
tus , cum igitur nulla haecenüs fuerit tan-
ta necessitas quæ nos urgeret ad declaran-
dum inter Christianos ejusmodi ritus tan-
quam merè civiles ac politicos , contenti
fuimus eos tantum ritus politicos erga Ma-
gistrum suum Christianis litteratis permit-
tere , qui necessariò ab omnibus litteratis
cum gradus litterarios suscipiunt exhiberi
debent ante Confucii tabellam qui quidem
ritus , non sunt illi qui fiunt bis in anno ve-
re scilicet & autumno.

Illi itaque Confuciani ritus quos hucus-
que per expressum & communem consen-
sum non permisimus , quâ de causâ in ca-

sibus particularibus aut tolerari aut dissimulari , aut etiam permitti possint debantve, est viri Theologi spectatis omnibus circumstantiis dijudicare ac statuere atque ad majorem securitatem de iis Romanos Theologos consulere.

3º. Hinc collige quam temerè & sine ullo fundamento Jansenistæ in Gallia contra Patres Societatis Missionis Sinicæ deblaterarint , afferentes nos híc permettere Christianis idololatriam quamdam jam legimus Apologiam Patrum Societatis contra Jansenium ejusque Sectatores , quæ Gallico Idiomate Typis mandata nunc extat in manibus Patris Adriani Grélon , in eâ hæc calumnia contra nos lata refertur. Sed ab hæreticis diffamari fama potius , & honor , quam infamia Catholicorum reputatur attamen parcat illi Deus , qui re non recte expensâ hanc inter nos quæstionem ad eorum aures deportare non timuit.

Quinta demonstratio pro ritibus Confucianis adversus narrationem & argumenta Navarrettæ.

Infirmatur 5. hic nobis uti liceat contra P. V. eadē illā autoritate Augustini lib.x. de Civit. Dei , cap. 4. quam P. V. contra nos affert num. 26. Augustini verba sunt , quis enim sacrificandum censuit , nisi ei , quem Deum aut scivit , aut putavit , aut finxit ? Sed nec secta litteratorum , nec Sinensium ullus ,

aut scivit Confucium esse Deum : Ergo juxta Doctrinam S. Augustini : Secta litteratorum cum peragit functiones illas ante tabellam Confucii , quas P. V. *Sacrificium* vocat , non censet sacrificare Confucio , atque adeò illæ functiones non sunt *sacrificium*. Minor constat : nam in libris Sinicis nullibi invenitur sententia , aut verbum aliquod , ex quo colligatur priscos Sinas aut modernos cognovisse , aut putasse , aut finxisse Confucium ut Deum. Si enim in libris extaret talis error , non defuissent adversarii , qui nobis citarent locum , ex quo talis error manifestaretur. Ex locis , ex sententiis Sinicis quas in suo manuscripto P. V. citat , ex omnibus ferè colligitur quod tum prisci , tum moderni Sinæ cognoverint , ac venerati sint Confucium tanquam regni Magistrum , & virum doctrinâ ac virtute morali illustrem , non verò ut numen aliquod.

Adde quod ut supra innuimus , P. V. ex eo quia putat Sinas esse Atheos , sententias aliquas Atheorum quorumdam affert , quæ indicant , litteratos credere , aut putare , aut (ut verum fatear) potius fingere spiritum Confucii esse aëreum quid & chimaericum , non autem esse numen aut habere aliquid numinis , nec valet arguere à functionibus illis , quibus Sinenses bis in anno , vere & autumnō colunt Magistrum suum ; atque inde inferre divinitatem , aut aliquid numinis in Confucio vel defunctis : aliter

aliter in Sinis ob similes functiones (ut infra ostendam) innumeri propè ex vivis Sinensis- bus numerarentur Dii : Quin immò omnes omnino Sinenses in sui natalis diei solemnitate Dii constituerentur.

Placet hic ex occasione breviter referre quod nuperimè Patre Nostro Vice Provin- ciali Feliciano Pacheco præsente factum est die vigesimā sextā Maii hujus anni 1668. cum enim is Pater ad vertendas Sinico idiō- mate litteras quas à Serenissimo Lusitaniae Rege D. Alfonso VI. ad Sinicum Impera- torem *cām hī* defert ejus Legatus D. Em- manuel Saldanha à Mandarinis invitatus fuisset , iij qui ad litteras inspiciendas at- venerant, Mandarinī ante Holofericum sac- culum quo erant inclusæ collocatā mensa , (seu ut oppugnator vocat , altari) accensis in illa candelis & odoribus, ter flēxis popli- tibus ac demissō novies in terram capite adorarunt , sive autem id factum sit in ho- norem regis à quo litteræ mittuntur , sive in Sinicū Imperatoris venerationem ad quem institutus , pātum id refert ; certum est neu- trum illorum à Sinis ut numen cognosci , eum ambo reges inter homines mortales , mortales ipsi degant , & tamen hic idem cultus , hæc eadē veneratione tam Regibus ac Magistris viventibus , quam Confucio de- mortuo à Sinis communiter exhibita , non illis , sed hunc felicet statuere inter Deos posset ?

Nec item valer arguere à vocabulo illo q̄

quo nos utimur ad verum Sacrificium declarandum nam vocabulum *cí* in Sinis suam etiam latitudinem habet : & quamvis nos mutuati simus illud declarandi gratia nostrum Sacrificium ; tamen unā simul integrum librum edidimus ad explicandum verum illud Deo oblatum Sacrificium , ne forte putarent Sinenses per litteram *cí* nos intelligere sua sacrificia aut potius politicas istas oblationes. Scimus itaque priscos Sinas , ut ex libris *L. k'y l. 3. fol. 18. & lib. 19. fol. 47.* constat , usos fuisse littera *cí* quando vellent honoratum hospitem conviviis excipere. Dicuntur enim ad adventum hospitum sacrificasse taurum , viña , &c. cum tamen non nisi ut homines , non autem ut numina aut aliquid numinis , eos recognoscerent , & quamvis ip laudem honoremque hospitis , musicos instituerent , cantiones multas recitarent , & eum ad cœlum usque encomiis eveherent , non ideo hospitem Deum faciebant. Politicæ namque , & supra quam credi potest officiis urbanitatis ritibusque deditæ gentis mos est oblationibus istis viros benè meritos honoreare iisque ritibus signa lætitiae hospitibus exhibere.

Nec ego mirarer , si per eandem litteram *cí* Sinenses explicarent occisionem vituli saginati fieri jussam à Patre ad adventum prodigi filii & à Raguele ob hospitem simul , & generum Tobiam , cum pracepit Raguel occidi axitem & parari conipivum. Et

à Tòbia Patre ob lætitiam regredientis filii
tum uxore Sara, cum duas quoque pingues
raccas, & quatuor arietes occidi fecit, & para-
ti epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis:
littera quippe tñ apud Sinas vim etiam ha-
bet significandi occisionem animalium in
signum politici honoris, aut cuiusdam læ-
titiae specialis, propinandi item vinum ho-
noratis hospitibus, vel amicis, ut patet ex
lib. *Li ky biām yù* par. 10. fol. 47.

Tòbia
c. 8.

Sexta demonstratio pro ritibus Confucianis adversus narrationem & argu- menta Navarretæ.

Infirmatur 6: spectatis Sinarum ritibus
nimis probare videtur, atque adeò nihil
probare argumentum illud, quod ut probet veram rationem sacrificii habere ea quæ
sunt in aula Confucii, vere & autumno,
à præfectis litteratis totam vim suam ponit
in functionibus illis supra allatis, & int̄ iis
gratis ad similitudinem nostri Missæ Sacri-
ficii distinguit Sacrificantem à Ministris &
hos à Magistro cætimoniarum, assignat ca-
licum elevationes, consummationem Sa-
crificii, &c. nam quisquis hujus gentis ri-
tus probè novit, & sinica ritualia Seriò
legit, ac calleth mores, & usus communes
inter amicos, in multis profecto Sinarum
functionibus poterit facile distinguere &
assignare omnia illa quæ P. V. distinguit,
& assignat in functionibus Confucianis ut

et ij

ex gr. cum Sinæ connubia contrahunt cum diem natalis *sem gē* dictum celebrant; cum magnates honoratum hospitem ad convivium invitant, cum regulos, vel Imperatorem præfecti adeunt, offeruntque dona, cum regni comitia celebrantur; cum denique alia ejusmodi in toto regno aguntur vel à filiis ergà parentes, vel mutuò inter amicos, in his omnibus potest quisque distinguere, seu ad libitum assignare Sacrificantem, Ministros assistentes Magistrum cærimoniarum, victimas, & harum selectionem, musicam, cantores, altaria, mensas, cereos, odores, orationes, preces, oblationes, encomia, gratiarum actiones, tres denique partes Sacrificii, non sine flectamus genua, & levare nec sine multa elevatione calicis cum potionе vini, ac carnium comedione, ergo pari modo omnes istæ functiones erunt in Sinis propria & vera Sacrificia.

Nec dicas si hæc fiant ergà Confucium ut pote defunctum, participare rationem Sacrificii quia ut supra probatum est, Sinæ non colunt Confucium ut Deum aut Idolum, sed ut regni Magistrum, & virum doctrinâ ac virtute illustrem nullamque in eo agnoscunt divinitatem. Eodemmodo ac si medicis in Europa ritibus quibusdam politici ex ipsorum institutione, aut more regni colerent suum Hippocratem aut Galenum defunctos & nobiles, viri que ex prole regia stasias regum defunctorum,

Disparitas illa verbis genericis prolata, quam P. V. adducit numer. 35.^a Otro dixò, que al Rey de Francia, y Príncipes de la Sangre Real difuntos los siruen 9. dias los mesmos platos que quando eran vivos..... Rx. lo 2º. si cætera sint paria concedo, si cætera non sint paria nego: porro cætera non esse paria colligi videtur ex iis quæ supra scripsimus. T que no lo sean parece se colige de lo escrito arriba, &c. Non videtur satisfacere non enim paritas debet esse in omnibus omnino cærimonii: sufficiens est, si paritas servatur in præcipuis functionibus ex quibus P. V. quoad cultum Confucianum deducit rationem sacrificii & quidem in Galliarum aulâ Regiâ adest Sacerdos seu Episcopus orationes recitans ac benedicens mensam plenam dapibus ex culina oblatis, ubi ille ipso die multa animalia occisa sunt in hunc finem ut cultus Regi defuncto debitus exhibeatur. Fit deinde oblatio dapum Regi, tanquam si Rex vivus existaret: intervenit item potio vini, aut carnium coonestio ad prælibandum de more, antequam ea Regi offerantur: ac demum dapes dantur pauperibus ibi; hic verò eas partiuntur inter Praefectorum Ministros.

In hac Reginis Galliarum exhibitâ functione si cuique fas esset ad libitum de eâ.

^a Dixit alter hisc obtinere morem in Galliâ, ut Regi & Principibus Regii sanguinis defunctis per dies novem eadem offerantur fercula, quæ offerentur viventibus.

decernere , ac partes distingūere , facile pos-
set decernere , cui competit Sacerdotale
munus , cui munus Ministrorum , cui mu-
nus Magistri cærimoniarum : distinguere
item functionem in tres partes , oblationem ,
elevationem & consummationem dapum
non sine flectamus genua & levare ephebo-
rum , ac dapiferorum , non sine musicis ins-
trumentis , cereis , odoribus , precibus , al-
taribus , ac mensis : & tamen totum hoc
non nisi politicum est , & nullo modo ra-
tionem habet Sacrificii nequidem speciem
remotissimam nunc rogo , si velimus hanc
totam functionem Sinis explicare aut ve-
limus potius ut Sinenses litterati eam
nobis litteris sinicis describerent ; non-
ne unicâ cí litterâ paucissimis aliis additis
nomen Regni , aut Regis Galliarum expri-
mentibus , eleganter , ac propriissimè totius
functionis sensum vel sententiam indica-
rent ? Putamus itaque ; & non sine funda-
mento (ut ex dictis constat) Sinarum has-
ce cærimonias erga Confucium aut defunc-
tos assimilari propriissimè cærimoniis quæ
fiunt Regibus Galliarum defunctis , & nul-
lomodo esse verè ac propriè dicta sacrificia ,
non enim P. V. latet in quo constat vera &
propria ratio sacrificii , sive hoc vero , sive
putativè ficto numini offeratur .

Unum h̄ic notandum censui , quod ser-
varunt semper in sinis Patres Societatis , vi-
delicet (quia vitio temporis post invectam
idolorum sectam , politicis titibus supersti-

tiosa quædam idololatræ miscuerunt) non solum superstitionis omnia Christianis suis interdicere non dubitarunt , sed ea etiam omnia , quæ superstitionis speciem præse- ferrent , aut superstitionem aliquo modo re- dolerent , sive fierent in aula Confucii , si- ve alibi : & iis civilia duntaxat , aut poli- tica vel quæ ad politicum reducebantur cul- tum permiserant.

**Septima demonstratio pro ritibus Confucia-
nis adversus narrationem & ar-
gumenta Navarretæ.**

INfirmatur 7. ex ipsa origine Confuciani cultus , & quidem ex ipsamet origine quam contra nos P. V. affert n. 16. his ver- bis. Ab his initiis ortam esse Confucii ve- nerationem testatur historia *cù kí xū* cap.47. fol. 28. Post Confucii mortem ejus discipu- li , & populi qui circa ejus sepulchrum de- gebant , familiæ omnino centum , ante ip- sius sepulchrum sine ullâ intermissione , sta- tutis temporibus summâ cum reverentiâ sa- crificabant ; atque ibi litterati de ejus doc- trinâ disserebant , agitabantque convi- via , & arcubus sagittas ad ejus sepul- chrum emittebant , quod in Chinâ sum- mæ observantiae venerationisque signum est totum istud factitatum fuit per annos 200. usque ad Imperium familiæ *bân*. Tum vero Imperator Caō eum per locum cum transiret in quo sepultus olim Confucius

fuerat, tauros & vaccas ipsi in sacrificium obtulit. Inde Reges pariter ac Reguli, antequam Provinciarum regimen caperent, ibant ad istud sepulchrum, & post Confucium cultum, ac certiorem factum, ad sua munera revertebantur. Hactenùs prædicta historia.

L'origen de la veneracion deste, maestro, que esta en la historia çù ki xii cap. 47. fol. 28. y desta manera, &c. muerto el Confucio sus discipulos, y los pueblos commarcanos, que vivian cerca de su sepulchro (que todos eran 100. familias) todos estos sin intermission alguna ante el sepulchro del Confucio ofrecian à sus tiempos con reverencia sacrificios; y alli los letreados disputaban sus doctrinas haciendo combites, y con arcos disparavan flechas al sepulcro (en China es Señal de respeto y veneracion) todo esto se continuò por 200. años hasta la casa han. Entonces el Emperador ção poffando por este sepulcro le ofrecio toros y vaccas en sacrificio. Despues asi Reyes, como Regulos antes de tomar la possession de sus goviernos iban à este sepulcro, y honrando al Confucio, y certiori facto se bolvian à sus officios. Hasta aqui la bistoria.

Ex hâc historiâ infertur priñd cultum hunc quem modò in aula Confucii literati deferunt Magistro suo, eundem esse quoad substantialia, ac ille fuit qui deferebatur Confucii sepulchro à discipulis. Substantialia cultus Confuciani iis verbis P. V. sus discipulos, &c. ante el sepulchro del Confucio ofrecian à sus tiempos con reverencia sacrificios

trificios y alli los letrados disputaban sus doctrinas haciendo combites) satis declarantur quod aliquam obscuritatem legenti afferre posset, tantum videtur verbum illud *sacrificios*, quod P. V. vult habere semper veram & propriam rationem sacrificii : nos autem probavimus non semper significare proprium sacrificium , & respectu Confucii , aut defunctorum habere tantum vim politicae oblationis munerum.

At enim hodie litterati qui se profitentur discipulos Confucii , politicas istas oblationes ac dona reverenter offerunt ante Confucii statuam , vel tabellam quæ substituitur loco cadaveris aut sepulchri ; ut praxis docet (nam quando domi præsens est cadaver , aliquando ad menses , & per annum integrum , aut nulla apparet tabella aut si apparet , non huic sed defuncto exhibent reverentiam , &c. de qua etiam substitutione tabellæ fusiùs agitur in expositione libri *chum yūm*) & quidem suis temporibus bis scilicet in anno , autumno & verno tempore oblationes istæ fiunt : autumno , quia (ut ex Sinicis libris constat) tunc arborum decidunt folia , quo modo renovatur mortis parentum aut Magistri memoria . Verno quia arbores tune foliis vestiuntur ac florent , quo modo florentis vite parentum aut Magistri memoria renovatur : nec desunt convivia hodieque nam vel oblati dona inter se deinde patiuntur & domi comedunt : vel ex iis ante mortuorum seq-

pulchra convivia instituunt nec litterariæ desunt in aula Confucii functiones , ut ipsamet P. V. fatetur num. 7. iis verbis :est quædam aula , quam vocant *mīm lūn tām*, hoc est , aula seu gymnasium , in eâ explicatur ordo successionis , qui est apud Sinas quintuplex ; Magistri seu præceptores sunt ij , qui dicuntur *Hiō quōn* Jam quidem hæc aula ad eum dumtaxat usum inservit ut in eam litterati à civitatis sive oppidi Mandarino convocati conveniant ad explicandos quosdām suorum librorum textus. Hay una sala llamada *mīm lūn tām* , esto es , aula ó gimnasio en el qual se explica y trata de los cinco ordenes de succession que pone el China : cuyos Maestros y preceptores son los nombrados *Hiō-quōn* , &c. Agora dicha aula solo sirve para que los letrados llamados por el Mandarin de la ciudad , ò villa se junten allí à explicar algunos lugares de sus libros.) Ergo cultus hodiernus erga Confucium manet immutatus quoad substantialia , & idem nunc est litteratorum ante tabellam , qui fuit discipulorum ante sepulchrum.

Infertur 2. orationes & precēs illas quas P. V. num. 12. 13. 14. & 15. recitari narrat à Magistro cærimoniarum ac reliquas actiones illas , feligendi scilicet porcum vino calido super auriculas effuso , offerendique pilos & sanguinem ejusdem porci , non pertinent ad primam institutionem , uti pertinent oblationes munerum , sive fiant à regibus vel regulis sive à discipulis erga Ma-

gistrum defunctum , sive à populo erga defunctos suos , quamvis illæ etiam politicè nunc fiant.

Infertur 3. & quidem ex primâ institu-
tione cultus delati Confucio tanquam Ma-
gistro & ex perseverantiâ ejusdem cultus
eodem modo accepti , incipiendo à morte
Confucii usque ad hæc nostra tempora Si-
nenses non cognovisse nec unquam putasse
aut fixisse Confucium esse idolum , aut
numen aliquod , atque adeò oblationes in
ejus aulâ fieri solitas nullo modo partici-
pare rationem veri sacrificii , uti illam nec
participant oblationes munerum quæ fiunt
ante sepulchra defunctorum nam si imme-
diatè post mortem Confucii sacrificia ista
seu oblationes quæ modò fiunt , fieri sunt
cœptœ , jam populi illi & discipuli hono-
rantes recens mortuum illustrem pietate ac
doctrina virum ac si esset vivus , non po-
terant ignorare illum esse hominem Ma-
gistrum suum , — non autem numen ali-
quod , aut idolum præcipuè cum non in-
ficerit Sinenses error ille , quo putarent
animas defunctorum in numen aliquod
transmutari . Quod autem non sint vene-
rati , Confucium tanquam idolum , vel ex
eo deduci potest , quod P. V. ex nostris li-
bris Sinicis de origine idolorum affert ac
laudat num. 2. ac 3. his verbis . Non alia fuit
idolorum origo , nisi quod mortuos digni-
tate vel armis illustres , iij qui erant sue
perfites , præ dolore ac desiderio pingi

curaverunt , eorumque efformari imagines ad memoriam tantorum vivorum conservandam : deinde lapsu temporis alii ipsis thus atque incensum obtulere alii etiam aliquid petiere, alii adoravere, in ipsorum honorem res aliquas flammis tradidere. Atque ita demum factum est , ut paulatim idola evaserint. *El origen de los idolos no fue otra cosa, sino que difuntos los hombres insignes en dignidad, armas, &c. llevados los vivos de demasiado afecto pintaron sus imagines, para conservar su memoria : despues de tiempo unos les ofrecian incienço, otros les pedian, otros quemando alguna cosa los adoravan, y assi poco à poco passaron à ser idolos.*

Notet P. V. despues de tiempo lapsu temporis & illa , poco à poco paulatim sed Confucio non post tempus & annos neque paulatim cœptæ sunt fieri oblationes , genuflexiones , &c. à suis discipulis , sed statim post ipsius mortem , quando non ignorabant eum esse Magistrum suum paulò ante mortuum , & quæ viro tam de ipsis & populo benè merito cærimoniæ , ac cultus post mortem competenter (juxta regni ritus circa defunctos) ergo discipuli suis genuflexionibus , cereis , odoribus ac oblationibus munerum non exhibebant Confucio defuncto cultum idololatricum , sed tanquam Magistro totius Regni cultum politicum , uti Sinæ deferre assolent. Cœteris defunctis juxta statum ac conditionem cuiusque , eum majori vel minori apparatu.

Ex aliâ parte P. V. num. 16. ait: totum istud factitatum fuit per annos 200. usque ad Imperium familiæ Hán : cum verò Imperator Caō cùm per locum eum transiret, in quo sepultus olim Confucius fuerat , tau-ros & vaccas ipsi in sacrificium obtulit..... Exinde cæteri vulgò & quasi ex præscripto, eum Confucii tumulum coluere , atque eodem modo Præfecti & litterati. Todo esto se continuò por 200. años hasta la casa Hán : entonces el Emperador kao passando por esse sepulcro le ofrecio toros y vaccas en sacrificio..... despues acá regular y ordinariamente todos los demas , honrando el sepulchro deste hombre ; y los prefectos y letrados de la misma manera ergo ipsamet P. V. fatente idem cultus quoad substantia à morte Confucii usque ad hæc nostra tempora immutatus perseveravit , & qui- dem non cultus idololatricus , sed politi- cus : nam semper mansit in memoria Si- nensium Confucii meritum doctrinæ , & virtutis in bonum & emolumentum Si- nensis reipublicæ , quibus abstringebantur Reges præcipue, ac litterati , & præfecti de- bitis tanto viro honoribus in signum grati animi semper deferendis. Et hoc ipsum colligimus ex verbis P. V. num. 17. ex his- toria *ramí hész tién* depromptis; Imperator *Chín húa* , qui post *Tién xún* regnavit , anno regni sui 26. lunà 2^a. jussit ut quis- quis equo vestus ante Confucii Januas transiret , desiliret ex equo , & pedes ince- deret. Imperator *chím tám* potentibus Ma-

gistratibus ut Confucii elogia & cultum augere atq[ue] amplificare vellet ; Confucium , inquit , summopere venerati sunt Imperatores omnes : virtutes ejus ac merita non facile est sermone complecti , neque nos unquam laudes satis eo dignas dicendo explicare poterimus . Quare nihil necesse est jam quidquam addere . El Emperador ch'īm Hoá , que fue despues de T'iēn xún , el año 26. de su corona , ordenó en la 2. luna que todos quantos andan à cavallo , al passar por ante las puertas del Confucio se apeen , y passem à pie . Al Emperador ch'īm t'ūm pedieron los Magistrados aumentasse los elogios y veneracion del Confucio , y respondio : el Confucio , há sido mui venerado de todos los Emperadores , sus virtudes y meritos es difficultoso explicarlos ; y assi aunque digamos y hablemos mucho , no basta para ponderar sus virtudes ; y assi no es necessario añadir más . Addimus & nos in confirmationem eorum quæ P. V. modò adduxit , sententiam aliam ex fini lì tā c'ivēn lib. 3. fol. 19. depromptam , ubi dicitur , quod Reges offerri jussent sacrificia seu politicas oblationes ac munera Magistro Confucio ut ita grati ei essent ob virtutem , gratique ob merita doctrina sine intermissione . Sunt & in Europa Principium statuæ , antē quas nemo audeat equitare ; sunt & proavorum fumosæ imagines quibus posteri , si ante illas transeant , civilem exhibent reverentiam ; sunt & ali bi aliæ statuæ , & imagines quibus nullam Christiano homini licet reverentiam exhib-

bere ut exempli gratia, Jovis & Veneris, &c. Peto quare his non liceat, cum & hi quoque, ut illi ex hominum fuerint genere procreati & cultus exterior idem prorsus sit? quæ disparitas ibi assignabitur, & hic in Sinis apte poterit applicari Confuciano cultui respectu cultus idolorum, præsertim cum ex dictis suprà constet, honores & cærimonias erga Confucium tanquam regni Magistrum (quoad substantialia) nunquam fuisse interrupta, eademque semper in hominum memoria, & praxi extitisse. Et quidem ante natum Confucium, quisquis in libris Sinicis versatus fuerit in more fuisse inveniet honorarias hasce oblationes (quas P. V. sacrificia propriè dicta esse vult) erga quoscunque defunctos, qui mos hodieque perseverat; cum hoc tamen discrimine ut oblatio (carnium præcipue) fiat semper respectivè tum ad merita & dignitatem defuncti tum etiam ad dignitatem personæ offerentis: sic, ut quo major est hujus dignitas, & quo merita ac dignitas defuncti, majora fuerunt, eò honoratoria munera defuncto offerantur.

Non dubitamus Sinenses coluisse religiosè cœlum seu cœli supremum Imperatorem propriis ac veris sacrificiis ut patebit seriò legenti quæ dicimus & citamus in expositione libri *chūm yūm* verum non multum innitendum litteræ چی vel سی quæ communis est & ea tum propria sacrificia quandoque چیم oblationes politice vivis aut de-

VILLE DE LYON

Biblioth. du Palais des Arts

functis factu significantur, nam & aliis quan-
doque litteris explicant libri vera sacrificia.
In lib. *yēkīm* littera *hiām* cum dicitur *kiūn*
cù y hiām yū xām tī lie mīo: Reges ad sacri-
fandum supremo Imperatori crexerunt templa.

In libro *xū kīm* littera *lūi* cùm *xiēn* inci-
tatus Imperatorem *yāo* dicitur *lūi yū xām*
tī sacrificare solemniter prius supremo Im-
peratori, deinde ritibus inferioris generis
per binas litteras *in* & *vām* explicatis, sa-
crificasse aliis spiritibus inferioribus. De
Rege *yū yām* item dicitur ibidem *lūi yū xām*
tī sacrificasse supremo Imperatori, & ex-
cronicis constat eundem *yū vām* lignis ac
igne usum fuisse ad sacrificandum supremo
Imperatori quod sacrificium per litteram *c'bāi*
explicatur, cum dicitur *c'bāi yū xām tī*.

In libro item *xū kīm* cum agitur de improbo
Imperatore *cheū* dicitur quod à cœlo destitutus
ac punitus fuerit, ed quod non obtulerit victi-
mas supremo Imperatori, litterâ aliâ utuntur.

Hinc collige oblationes munerum, aut
animalium, vini, carnium, odorum, &c.
factas Confucio explicari quidem littera *çé* vel
šé, sed non idem participare rationem veri sa-
crificii, quamvis enim aliquando res quæ of-
feruntur sint materialiter eadem ac illæ quæ
in vero sacrificio, tamen distinguendus mo-
dus quo, & finis ob quem, & terminus cui of-
feruntur. Et tunc clare constabit, an illa obla-
tio sit proprium sacrificium, an sit mera obla-
tio, vel sit cultus religiosus aut supersticiosus
aut denique cultus merè politicus & civilis.

Ritus

Ritus erga defunctos ideo etiam quandoque adhiberi, ut filii non obliviscantur eorum a quibus nati sunt constat ex *likī* : lib. 8. fol. 50. & ex *chum Colao* ibidem. item sacrificant parentibus filii, ut ita in memoriam revocent præterita tempora jam longè remota in quibus parentes vivebant ex *likī* lib. 8. item sacrificare, est id quo filii in memoriam revocant educationis beneficium, ut ita perpetucent filialem erga parentes observatiūam. *Likī* lib. 8. fol. 62. de his fusius agimus in expositione libri *chum yūm*.

Apud Sinas in ritu munerum integritas tei oblatæ (animalium præcipue) cedit in honorem recipientis munus. Sic integræ animalia amicis offerre est signum majoris honoris; ac reverentiæ delatae amicis, quam si his in frusta concisa animalia, vel non integra offerantur. Hinc est quod præfecti, magnates, ac reguli sibi mutuò vel Hospiti quæm in honore habent dent in munus ordinariè loquendo integrös boves, porsos, capras, &c. Similiter quando horum aliquis vitâ fungitur, eum post mortem eodem modo honorant ac honorarunt cum is esset in vivis, & celebraret diem festivum natalis sui: quapropter præter animalia, vina etiam, odores, candelas, argentum, aliaque dona mittunt in domum defuncti amici, aut præceptoris, quibus consanguinei ipsius defuncti in honorem, & pompam rite funebris utantur quæ non sunt parvo levamini parentibus defuncti ob magnas

xx

expensas, quæ ordinariè hunc apud Sinas in funeralibus patris ac matris defunctorum.

Quid mirum igitur, si totius Regni Magistro defuncto præfecti, ac litterati Sinenses bis in anno (ut sit cum reliquis defunctis) honorificè in ejus aula, & cum solemniori aliquo ritu vel apparatu ejusmodi dona offerant, cum in dies fruantur Magistri sui doctrinâ, ob quam illis gradus ac dignitates, & eorum familiis ac posteritati non modo lucrum, sed & magnus honor accedat.

Aliud quoque discriminem erga defunctos, vel ante natum Confucium apud priscos fuisse ex libris colligitur ut scilicet si magnus aliquis vir, qui simul fuerit Imperator, aut insigni dignitate præditus, & in virtute morali floruerit, amaverit populum, probèque instituerit, aliaque ad bene beatèque vivendum documenta posteritati reliquerit, & in his virtutibus ad mortem usque constanter perseveraverit (quia hujus & spiritum ad cœlum sedem beatorum putabant concidere, ac posse ibidem apud vivens cœlum, seu cœli b Imperatorem in-

a Vide xū kīm lib. 1. fol. 16. & fol. 22. & lib. 3. fol. 39. item librum xī kīm cum agit de vén vām, & de viro y iñ dicto item Mencium lib. 5. fol. 6. & interpretem chām Colaum ibidem.

b Vide xū kīm lib. 4. fol. 31. & lib. 5. fol. 3. & interpretem chām Colaum ibidem item xū kīm lib. 3. fol. 26. & fol. 29. & lib. 4. fol. 34. & interpretem chām Colaum & alios ibidem.

tercedere pro populo suo , quem cùm in ter-
ris hominum hospitio degeret , tam arden-
ter amaverat ac probè instituerat) ab hoc ,
& alio a nullo , petere solebant prisci , ut
intercedere dignaretur pro populo apud su-
prenum cœli Imperatorem.

Hujus modi fuere *yāo* , & *xún* , *yù* , *yēn*
yām , *t'ath* *lào* *pūm* , atque *yñ* , pauci-
que alii illustres viri insigniter de populo
meriti , & raris virtutibus præditi , qui
multis ante Confucium annis extiterunt.
(De quibus fusius agitur in expositione li-
bri *chūm yūm*) ab aliis autem defunctis
quibuscumque nihil omnino petebant pris-
ci. Sed nec hodie Sinæ petunt , ordinariè
loquendo (quidquid dixerit unus , aut
alius in suis manuscriptis ; nam reliqui ome-
nes moderni & antiqui PP. nobiscum sen-
tiunt) dixi ordinariè loquendo : quia post in-
vectas idololatricas Sectas in Sinas , & post
fabulas Sectariorum , erunt forte è rudi
plebè , qui petant. Prisci itaque Sinæ erga
alios defunctos quoscumque , sive illi apud
populum benè audivissent , sive non eos
tanquam ritus civiles oblationum , quæ cí,
vel *sú* litteris significantur , genuflexionem ,
odorem , &c. exercebant & eò majori pom-
pá , & apparatu quò majora essent merita ,
vel dignitas defuncti , aut offerentis munera
ut ex lib. *chūm yūm* constat.

Ob hæc quæ obiter innuimus , & specta-

a Vide *Li xi* lib. 5. fol. 21; & lib. 8. fol. 62.

tis hujus temporis idololatricis Sectis , qua miscent civilia idololatricis , aut vanis : & insuper , ut omnis vel umbra superstitionis cultus , aut yanæ observationis à nostra Christianitate Sinensi quam remotissimè amoveretur , Patres Societatis in Sinis antiqui , & moderni NUNQUAM PERMISERUNT Christianis , ut aliquid peterent vel à Confucio , vel ab aliis defunctis ; neque ut ante horum tabellas , aut sepulchra quidquam superstitionis agerent in cultu Confucii , aut defunctorum .

Quod autem munera offerant , sive animalium , sive vini , sive fructuum , sive candalarum , & odorum , sive genuflectant ante tabellam Confucii , vel ante sepulchra , aut tabellas defunctorum , sive musicam instituant , tum quia hæc omnia in Sinis mērē politica sunt , & vivis parentibus , Magistris , & Præfectis bene meritis passim suunt honoris , & reverentiae gratiā , tum quia (cum talia sint) quamvis prohiberentur à nostris , non idē tamē tēlinquerent ea facere Christiani , quia inurbani , agrestes , avarique ab omnibus reputarentur , non judicarunt PP. ea illis esse interdicenda præsertim cum iama toties de his consuluerint Romanos Theologos re probè expensâ , rituque civili gentis probè & non semel examinato .

Ob id motivum PP. Societatis , si forte urbis præfetus , aut cancellarii *Hīō* quon dīti essent Christiani hos semper monuerunt ,

ut in aula Confucii ea tantum fieri permittent quæ solùm juxta regni ritus ad cultum a merè civilem spectarent, aut ad illum reduci possent adeoque ab illâ cærimoniâ (si alicubi in usu esset) felicandi meliorem porcum vino super auriculas effuso, aut servandi pilos, & sanguinem eaque offerendi sepeliendique & multò magis si mactandum esset aliquod animal ante mensam Confucii (porcus enim, ut supra notavi mactatur foris in atrio & non à præfectis, aut litteratis, sed ab homine qui mactandi artem callet, & eum mundare novit ut in munus mundè integrèque à præfecto offeratur) omnino abstinerent. Hos autem aliosque in hoc genere singulares locorum, personarum & temporum ritus, quia casus particulares sunt, tolerarine aut permitti aliquando debeant, necne, est viri Theologi spectatis omnibus circumstantiis prudenter dijudicare ac statuere.

Nec dicat aliquis vidimus aut audivimus aliquando præfectum quemdam Christianum, aut Cancellarium vanas observationes in aula Confucii (ipso Christiano ri-

* Juxta definitionem Sacrae Congregationis Romanæ ad instantiam Patris Francisci Joannis Baptistæ de Merales prolatam, cuius hæc sunt formalia verba ex quodam Patris Francisci Brancati manuscripto deprompta, exclusis sacrificiis, & altari vere & propriè dicto cetera quæ redolent tantum cultum civilem, aut possunt ad illum reduci, permitti posse.

tus gubernante) fieri non prohibuisse, aut audivimus Christianum quemdam à Patribus Societatis Baptisatum erga suos defunctos, ritum quemdam superstitionis exercuisse, & ex eo, quod audivit, aut vidit inferre conetur hanc illationem: videlicet; ergo PP. Societatis in Sinis superstitionis permittunt suis Christianis. Ad hujus illationis responsionem juvat hic adducere unum ex duodecim punctis quæ quondam proposuit R. P. F. Joan. Bapt. de Morales; & ipsam responsionem Patris Alphonsi Vagnonii ad punctum 12. Quod si Patres Societatis Christianos suos confitentes audiunt, eosque absolvunt, negare non possunt se ea quæ diximus omnia permittere, non quidem probando tanquam bona, sed condonando tanquam minora mala, ad mala eaq; majora vitanda, ut sæpè fit in rebus publicis Christianis; ita ut dicere possint se ad duritiem cordis ea ipsis permettere. Nam ista quidem valere possent ex hypothesi quod Patres Societatis absolutonis beneficium Christianis illis non darent; sed eo ipso quo eos absolvunt, intelliguntur ea omnia vel probare ut bona, vel saltem ut indifferentia concedere. Que si los Padres sunt verba Patris de Morales Sacri Ordinis divi Dominici ad Patres Societatis! confessan, y absuelven a sus Christianos, no podran dezir, que no les permiten todo lo dicho: no dandolo por bueno, sino permitiendoles un mal menor, para evitar otro mal mayor, como se

baze en las republicas Christianas : de modo que se les puede dezir , que ad duritiem cordis eorum se les permiten : porque todo esto pudiera passar en caso que los Padres no los absolviesen : però absolviendo les , ya le apruevan , que es bueno , o por lo menos indiferente lo , que hazen , por que alias no le absolverian. Respondeo (ait Pater Vagnonius) (no se pone neste cap. casus particularis , sed tantum quomodo absolvamus Christianos in dictis casibus) sicut ex recidivo in unum vel plura peccata post confessionem & absolutionem non potest inferri confessarium eadem permisisse , sed tantum illum hominem ut fragillem cecidisse. Eodem modo si post confessionem Chinae inveniantur committere eadem confessa , non debet inferri , iis permisum fuisse à confessario , sed ut fragiles recidisse in eadem à quibus fuerunt in confessione absoluti ob contritionem & emendationis propositum. Dein ex dictis videris potest quid permitti possit & quid negari : à quibus absolvit & à quibus non absolvit debeant secundum cujusque puncti rationem : qua mala minora permittantur , ut majora evitentur ; nec tamen ob duritiem cordis , è quod ha rationes non sufficient ad absolutionem sine aliis. Verum cum casus sint mulci & dicti casus ex circumstantiis mutentur ; spectat ad prudentem confessarium judicare in sacro tribunali , quid solvendum ligandum , & relinquendum sit ligatum. Quod maximè necessarium est in recenter erectis Christianis , & quia sape accidunt casus , de quibus nihil tractent Theologi. Parres Societatis per Dei gratiam sciunt resolvere ope litterarum , scientia & expe-

rientia. Ex supradictis planum & clarum est omnibus, qui recto oculo inspicere & sincerâ intentione, & bilance ponderare velint, modum procedendi Patrum non esse conniventias & dissimulationes damnosas, sed charitatem & prudentiam proficiam. Ita Pater Vagnonius. Respondeamus nunc ad argumentum illud quo P. V. nu.18: probare nititur Confucium esse idolum cum ait: Eo anno; quo Japories in Provinciam Fokiensem irruperent, qui annus est ab hinc centesimus vicesimus quartus, aut 125. Litteratus quidam oppidi Lin, oriundus ex civitate him-hoa sectam unam instituit e tribus, quae in hoc imperio præcipue vigent, scilicet Litteratorum, foë, & lao-çu. Tempulum etiam extruxit, cui nomen fecit, San-kido-tan, templum trium Legislatorum seu trium legum. Super altari tres sunt statuæ, quibus una atque eadem veneratio, unus cultus à Sectariis pariter adhibetur. Visuntur ejusmodi templa in him-hoa, in fo-cheu, in fo-nim, in xantum, atque aliis pluribus in locis, ut mihi retulit cho-fi-chi ille, de quo iam dixi. Eam Sectam qui sunt amplexi, magnam modestiæ speciem præ se ferunt, & manibus ante pectus compositis solent incedere. Illud porro norunt Imperatores, quorum sine venia ac facultate neque sectam ullam exurgere, neque templum ullum erigi posse dicunt, mihiique & aliis scepè confirmarunt Christiani litterati; Norunt Praefecti, Magistratus ac Mandati, norunt atque assentientur; & cum

Cum litterati sint omnes, facto ipso & consensu approbant reponi Confucium inter idola non secus ac foē, & lāo cù, seu lāo kiun. El año, que vino el Japon à Fō kien que hā yá 124. ó 125. años, un letrado de alcunha lin natural de la Ciudad de him hoa instituyó una Secta de las tres principales deste Imperio, conveniente a saber, de los de los letrados, foē, y lāo cù, à quien levantó templo con nombre de San kido tām, hoc est, templo de los tres legisladores, y tres leyes. En su altar estan las tres estatuas, donde con un mismo culto una pariter son adorados y venerados en him hoa, fō cheū, fō vim, xatt xam, y en otras muchas partes (como me dixo chā fa chī yá citado) hay templos destos, sus Señores andam muy compuestos con las manos sobre el pecho. Esto saben los Emperadores, sin cuya licencia, o permission no se consiente Secta, ni levantar templos (como dicen, y à mi, y à otros lo han dicho Christianos letrados), los prefectos y Magistrados lo saben, y consienten esto y siendo todos letrados, fatto ipso & consensu da pruevan ser idolo como los dos foē, y lāo cù, o lāo kiún.

Putabam hic P. V. ad infirmandam politicam institutionem cultus Confuciani adducere voluisse antiquorem aliquam mixtionem sectarum harum & quæ universaliter fuerit accepta à Regibus vel literatis : sed directè ad argumentum.

Primo illud fundatur in falsâ suppositione negamus enim illam quam P. V. sup-

y y

ponit, scientiam & permissionem Regis ac Magistratum. Cum enim tam vastum sit Sinicum Imperium, & plebs valde ad novitates proclivis, multa in hoc genere impunè sunt non solum nesciente Imperatore, sed etiam manifeste contra ejus Imperatorias leges & statuta: dum interim Magistratus locales vel ipsi sint etiam ignorant, vel si sciunt, ex alterutro capite non curant, aut enim (cum sint ipsi in omnem lucri occasionem intenti) non insicciunt cupidos oculos in id, unde nihil sperent, aut (si quæstum inde etiam facete possint) proficuum sibi rem non avertantur; sicuti factum est nobis ante exilium adhuc in cutia Congregatis cum severo contra Bonzios edicto per supplicem libellum summi duarum Provinciarum quamdam, & quamvis prætoris ab Imperatore impetrato, ipsi Bonzii pecuniam supremis curiae tribunalibus oblatam tanquam scutum objecerunt, qua & omnem Regii edicti viii facillimè refundere, & se ipsos in antiqua pace ac tranquillitate ab omni molestia imminentes conservare potuerunt.

Secundò cum P. V. adducat mixtionem illam quam bis mille fere annis post mortem Confucii factam esse testatur. Hæc 124. o 125. ånos. Et infra non modo non acceptatam à litteratis, sed quæ horum impulsu jam antea cum cœperat serpere (seculari enim semper affectarunt titus suos cum

ritibus litteratorum miscere, ut maiorem obtinetent apud populum auctoritatem) per decretum positivum Imperatoris Chīm tūm fuerit extincta, videtur mixtio hæc nullam habere vim ad infirmandam politicam institutionem. Decretum adducit P.V. num. 17. In libro Tá-mīm hōei tiēn habetur decretum Imperatoris Chīm tūm, qui ante annos ducentos imperabat. Decreti verba sunt. Imperator Chīm tūm anno regni sui tertio prohibuit ne quis è suis subditis deinceps audeat sacrificare Confucio in templis idolorum fōe & lāo-cù. En el Tá mīm hōei tiēn hay un decreto del Emperador chīm tūm, que hac 200. años, que imperó, que dice así. El Emperador chīm tūm año 3º. de su imperio prohibió en todo el imperio, que ninguna en adelante se atrevía a sacrificar al Confucio en los templos de los idolos Fōe, y lāo, cù.

Ex quo decreto nec colligi potest cum fundamento multo ante hoc decretum in usu fuisse communi litteratorum sacrificare Confucio in templis idolorum cum nec ex chronicis constet, nec si ita esset P. V. teliquisset auctoritate illa uti contra nos: quin imò contrarium constat ex libris sū xu; & interpretibus, qui sectas Fōe, & lāo tū inter haereticas, & contrarias sectæ litteratorum, & Doctrinæ Confucii numerant, & ex lún yū pārt. i, fol. 12. p. 2. §. 2. & interprete chīm Colao in hunc locum. Unde cum fundamento potius colligitur tempore hujus Imperatoris Chīm tūm, aut paulo

ante intentasse. Sectarios alicubi mixtio-
nem rituum cum secta litteratorum, quam
semper affectarunt, ut aliquid illis accede-
ret authoritatis, sed statim per decretum
Imperatoris pedem retraxisse, quod ta-
men post mortem Imperatoris iterum in-
tentarunt, & alicubi pullulavit mixtio,
non ideo acceptata est à secta litteratorum,
quæ integra manet hodieque, & suos in
aula Confucii (ut antea semper) ritus agit,
sed à paucis Sectariis in aliquibus locis, &
quidem paucis mixtio facta est; ex quo non
sequitur Confucium in Sinis reputari ido-
lum, sed tantum sequitur ab aliquibus
Sectariis Magistrum coli positum in me-
dio duorum idolorum, qui cultus nun-
quam permisus fuit à Patribus Societatis,
nec unquam audivimus, Sectarios hoccè
volentes in suâ sectâ manere accepisse bap-
tismum.

Nec videtur sufficere ad constituendum
Confucium idolum in republica Sinensi, id
scilicet quod pauci aliqui, & hi Sectarii
existimati à turba litteratorum, colunt præ-
ceptorem Confucium constitutum quoad lo-
cum in media duorum idolorum; alioquin
quia pauci Christiani improbi ex. gr. qui
præcepta legis nolentes servare imaginem
Christi Domini inter idola colerent, hoc
sufficiens esset ad constituendum Christum
Dominum in tota Christianitate nostrâ ido-
lum: sed solum sequeretur, quod apud hos
paucos improbos coleretur ut idolum, non

autem quod horum peccatorum error posset inficere totam Christianitatem, & cultum debitum imagini Salvatoris.

Nec item sufficere videtur ad constitendum Confucium idolum in Sinis permisso illa Imperatoris, aut praefectorum non impedientium erectionem alicujus templi, quod à sectariis contra decretum positivum alterius Imperatoris intentatum fuit, ac tandem perfectum; aliter cum majori ratione possemus dicere, templo illa, quæ juxta morem gentis hujus eriguntur praefectis illis vivis, qui de populo sunt, benemeriti, & in signum grati animi eriguntur passionem populo, vim habent constituendi eos adhuc vivos inter idola & numina ut accidit in urbe cancri, cum prorex amicus noster T'ung Iao y'e ex illa urbe discensit.

Dixi cum majori ratione quia non solum Imperatores percutunt talia templo, & alii praefecti laudant, sed mos ipse patriæ fayet, & nullum decretum positivum Imperatorum contradicit. Nec valet hic multum testimonium illud Christiani chrysostomi quem citat P. V. qui dixit, en atras muchas partes hay templos de festos, forte aliquo bono fine dixerit; sed re verâ pauca sunt templo ista in Sinis: & multò pauciora esse reputandum est, si illa, quæ P. V. numerat, comparentur cum innumeris Confucianis aulis tot civitatum, urbiumque tam vasti Regni, ubi nullo modo facta est hæc

yy iij

maximo; & solum spectanda visitar tabella Confuciā fluida. ab eo ētē enim non tot Provincias, & urbes Sinarum adiit; quot prae-decēlores nostri Patres Societatis qui hanc rem scđo secum examinharunt, & suissmet oculis vel inspexerunt vel per litteras ab aliis Patribus qui in diversis Provinciis degabant, acceperunt.

Motivum illud, quod P. V. aliqui Christiani indicarunt cum dixerunt: Imperator cūm vellat honorare Confuciū, vetuit ne ipsi sacrificia fierent in prædictis templis; quia plebs quæ idolis sacrificat, parum omnino curat cærimonias ac ritus, neque latissim pretiosa munera solet offerre. El Emperador queriendo honrar al Confucio mandó que no se le sacrificase en dichos templos. Por que la plebe, que sacrifica a los ídolos, no cuida mucho de ceremonias ni ofrece cosa de momento; ex sua plorunq[ue] mente cohicatum videtur: proptimum enim motivum Imperatoris cum suo fundamento jam modo supra indicavimus. Sed si adhuc P. V. contendere velit motivum prohibitionis fuisse; porque la plebe que sacrifica a los ídolos, no cuida mucho de ceremonias ni ofrece cosa de momento: dito hoc ipsum motivum indicare quod non quidem literati; sed rudi, & minuta plebs sectatrix idolorum foē; & h[ab]et q[uod]a veneretur in horum medio Confuciū fine ceremoniis; & debitis munib[us], quod non favet P. V. sed nobis, cum questio h[ab]it nostra sit de literatis, deque ins[er]q[ue] h[ab]uit in Asia. Con-

fucii, non autem de eo quod faciant plebs & sectarii in suis idolorum templis; hi enim, uti in tot aliis rebus perniciose agunt ita & statuam Confucii temere possunt in sua templo introducere, & forte paulatim vel ipsam nostram salvatoris imaginem sacram inter idola sua collocare non pertimescent.

Si autem P. V. iterum instet, velitque litteratos etiam accedere ad hæc sectariorum templo, ibique Magistrum suum unum cum idolis venerari: adeoque velit respectu litteratorum vim habere verba illa citata: *donde con un mismo culto una pariter son adoradas y veneradas las tres estatuas*, peto an P. V. loquatur de paucis quibusdam litteratis qui forte & ipsi sunt de sectariis (non enim dubito, quin in tam numerosa litteratorum turbâ sint, qui sectentur sectas idolorum, vel eis patrocinentur) jam videt P. V. quod hi particulares (præterquam quod sunt & ipsi sectarii de quibus non agimus) cum pauci sint, ac degeneres non possint constitutere aut denominare sectam litteratorum, de quâ quæstio nostra instituitur.

Si tandem (ne argumentum extra statum quæstionis vagetur) urgeat adhuc velitque verba illa intelligi absolute de litteratis, seu de majori parte, atque adeo de ipsâ litteratorum Secta: tunc difficulter conciliari poterunt verba ista citata cum aliis verbis P. V. num. 23. ubi ait: Non quæro, an sit sacrificulus aut ministellus ex

duabus illis sectis, quæ prorsus à litteratæ
torum sectâ diversæ sunt, scilicet fœ, &
lao-sù illud si voluit Pater Martinius . . .
verè dixit. Constat enim litteratos pro-
prias duarum sectarum cærimonias suis
non admiscere. No pregunto si es sacrificu-
lus, o ministellus de las dos sectas distinctas de la
de los letrados, esto es, de la del foë y lao çù:
Si esto quizo dezir el P. Martino dí-
ze verdad: porque los letrados no mezclan con
sus ceremonias las de las dos Sectas: si litterati
non miscent suas cærimonias & cultus cum
cærimonii & cultu duarum sectarum foë
& lao çù quomodo verum sit, quod litte-
rati colant ac venerentur tres illas statuas
Confucii, foë & lao çù, unà pariter & co-
dem prorsus cultu, seu iisdem cérimo-
niis? en su altar estan las tres estatuas, don-
de con un mismo culto una pariter son adora-
das, dixerat supra P. V. ex quo sequeretur
quod de iisdem litteratis respectu ejusdem
cultus verificari possent contradictoria, vi-
delicet quod misceant & non misceant suas
cærimonias cum cærimonii sectariorum at-
que adeò verius dicendum, quod sectarii
aliqui pauci vel aliqui ex plebe & quidem
in paucis quibusdam locis colant Magistrum
suum constitutum in medio duorum idolo-
rum, nec ideo tamen Sinenses colant Con-
fucium tanquam idolum ut probatum est.

note: si lao es sinónimo de lao çù, esto es,
que alrededor de sus estatuas se celebran ritos

**Octava demonstratio pro ritibus Confucianis
adversus narrationem & argu-
menta Navarrettæ.**

INfirmatur denique octavò, ut det p. V.
complementum simul & robur funda-
mento suæ conclusionis, illud firmat au-
thoritate ac testitoniis trium quatuorvè
Christianorum. Europæus est unus, & sa-
cerdos, qui n. 18. dixit: De tabellâ Confu-
cij sæpè Patrem F. Antonium à Sanctâ Ma-
riâ audivi cùm diceret, pueris qui scholam
frequentant ut discant legere, eam tabel-
lam altè sublatam proponi, cum hac ins-
criptione; *Sedes sanctissimi & praexcellentissimi
Proto-magistri Confucij;* quod quidem sæpè à
se visum esse narrabat, addebatque se au-
divisse, pueros à magistris juberi hanc ta-
bellam prono corpore salutare, ut Confu-
cij opem implorarent ad comparandam
doctrinam; progressumque faciendum in
litteris. *La tablilla del Confucio he oido veces*
dexir, que a los muchachos que comienzan a
leer en la escuela se la ponen en alto con este res-
cripto. Assiento del santissimo, y preexcellentissimo
Proto-maestro Confucio. La qual veces vio (dize)
con sus ojos: y que ha oido decir, que los maestros
les obligan a prostrar delante de el para pedir al
Confucio favor para aprender, y provechar. Quid-
quid sit, an vera narraverint ij à quibus patet
audivit, tamen hoc etiam novimus, ipsum
eundem Sacerdotem non semel eandem

historiolam narravisse Patri Joanni Francisco de Ferrariis, sed insuper addidisse; quod ab iisdem Christianis audiverit præceptores eosdem spectris aut fabellis istis non amplius terrere suos discipulos, postquam hi pueritiam exuti ad adolescentiam accesserint. Demus tamen casum istum particularem ita esse uti narratur: una profectò hirundo non facit ver, neque unius loci mos, vel abusus regulam constituit universalem.

Adde quod etiam si gentiles aliqui hoc faciant, sive hi sint puerorum præceptores, sive horum parentes; hoc sanè non faciunt præceptores Christiani: neque unquam à Patribus Societatis permisum ut Christianus quispiam sive puer sive adultus peteret quicquam à Confucio. Ergo nullam vim contra nos habere videtur hoc Europæi Sacerdotis testimonium.

Nunc testimonia reliquorum trium Christianorum Sinensium percurramus. Primum testimonium adducit P. V. num. 20. his verbis. Alexius Christianus antiquus, ortus ex urbe *Fo-cheu*, in oppido *Kia-m hién* eam dignitatem assecutus quæ dicitur *Hiō quoñ*, pro munera sui ratione debebat interesse his cærimoniiis, quas suprà descripsimus. Itaque cum eum Pater Joannes Garcia ad peccata per sacram Exhomologesim deponna hortaretur, sic planè respondit: Pater, intelligo me non posse peccatorum confessione defungi, quamdiu versabor in hocce munere, atque iis interero quæ solent erga

Confucium fieri. Hoc me satis docet intimus ille conscientiae sensus, quidquid dicant ij Patres, qui me super eâ re securum & confidentem esse volunt. Quare abdicabo istud munus, quemadmodum jampridem cogito, & tûm denique agam de animæ meæ salute procurandâ, & verò abdicavit se munere, per confessionem expiavit peccata, neque unquam deinde voluit ad ultiam ejusmodi administrationem accedere. *Alexio Christiano antiquo de Fô cheû, sienda Hiô quoñ en la villa lîm Kiam hién, el qual por su officio esta obligado a assitir a lo que queda escrito, exhortandole el Padre Fr. Joan Garcia a que se confessasse, respondio, Padre, yo conosco, que no puedo confessarme mientras estoy en este officio, y acudo a lo que se haze al Confucio; esto me esta diciendo mi propria consciencia: digan lo que quisieren otros Padres, que me lo aseguran. Dexaré el officio, que lo deseo, y trataré de mi alma. Dexole, confessose, y jamás quiso tratar de semejanse officio.*

Nolumus in his verbis multa commenta facere. Quis enim novit sensum geniumque hominis istius? probos novimus nonmodo sæculares ac rudes, sed doctissimos etiam religiosos ita scrupulis agitatos, ut maxima peccata putarent, quæ nec umbram peccati haberent, & eò fuisse horum morbum magis incurabilem, quod iidem difficilius à se impetrare possent, ut prudentum Confessorum consiliis acquiescerent.

Quis item novit, an homo iste adver-

gens sententiam Patrum sacri Ordinis quoad cultum Confucianum opponi sententiae Patrum Societatis (qui quidem non unius, aut alterius litterati verbo sententiam suam firmarunt sed testimoniis plurimum, & primi nominis litteratorum, libris, & autoritatibus Sinicis, Theologicis item rationibus, & seriis denique examinibus morum, rituumque gentis hujus) voluerit, more Sinico aliquo modo adulari, seu *fūm'chīm* ut Sinæ vocant, ac favere sententiæ Patrum.

Quis denique novit an iste *Hiō quoniam* Christianus ob causas sibi notas & circumstantias extrinsecas debuerit cogi ad celsandum ab officio; aut si non cogi velle quidem ipsum liberè cessare, eò quod uti in reliquis regnis, præcipue tamen in Sinis munia ista publica efficiant, ut vigente carne spiritus refrigerescat? quicquid igitur sit de genio hominis factique veritate miramus tamen hoc unum universaliter quod nesciamus, quâ ratione, inter tot Christianorum millia litteratorum, & multos primi nominis, ac dignitatis inter quos etiam *Hiō quoniam* præfecti quidam numerantur, cum quibus Societatis Patres in Sinis familiariter conversati sunt, & quos tot sudoribus Christo pepererant, horum nullus unquam fuerit qui tam sincerè scrupulum suæ conscientiæ in re tanti momenti manifestando indicaret, uti manifestavit ac indicavit iste *Hiō quoniam*, cuius hic P. V. mentionem facit.

Et insuper audimus nunc quod iste & alij duo statim ut accesserunt ad domos PP. VV. ad discursus & interrogata vestra tam subito in alios homines verbi sunt, statim sincere redditii, statim scrupulis agitati conscientiae, statim Patrum Societatis sententiam repudiarint: & vel ipsa munia publica quibus familia sustentabatur, & honorabatur, à se tam liberaliter amandarint. Quid dicamus ad hæc? Nihil sanè contra P.V. quæ uti acceperat historiam ab aliis, ita hic sincerè narravit: nihil item contra Christianos hosce, quorum fines & intenta nobis manent occulta; hoc unum dumtaxat remanet, ut quoniam multa sunt, quæ mens humana non capit inscrutabilia Dei judicia veneramur.

2. ac 3. Testimonium adducit P. V. eodem numero vigesimo: Linus Christianus ex urbe *Häm-cheū*, quem apprimè norunt omnes Evangelici ministri, de cærimonias supradictis rogatus à P. F. Joanne B. de Morales, postquam eas retulisset, subjunxit continuo: jam ab annis 30. sacris Baptismi undis ablutus sum, atque ex eo tempore nunquam ausus sum templum illud ingredi; quippe id non licere ipse mihi sum conscius, neque posse cum legis divinae præcepto conciliari. Illud idem Patres nostri, qui versantur in *fōngan*, de alio Christiano referunt..... per hunc nuperum tumultum contigit ut comburem in *kimhoq* ea quæ Sinicis litteris super-

hac re habebam exarata , sed Patres Provinciæ Fokien scripti hujus exemplum servaverunt. Lino Christiano de hām cheū antiguo bien conocido de los Ministros , preguntado por el P. Fr. Joan. Bapt. de Morales por las ceremonias dichas y baviendo selas referido , añadio : cerca de 30. años ha que me bautizé , y despues acà jamás me atreví a entrar en aquel templo ; yo mesmo siento en mi coraçon , que no es licito , ni se compadece con la ley de Dios. De otro refieren lo mismo los Padres de fōngān , &c.... (Los Originales en letra China quemé en kīn hōa en esta rebuelta , aunque los Padres de Fō kién tienen otro tanto guardado.) Nolumus hic disputare de veritate facti : fidem enim dannam censemus P. V. & Patri illi , à quo hæc narrata fuere : dubitamus tamen de ipso Lino Christiano , an is sufficienter explicuerit se , vel an adulatorio modo id dixerit. Dubitationis nostræ fundamentum sunt quatuor aut quinque ejusdem lini epistolæ (non ausi essemus illas allegare nisi P. V. Christianum hunc contra nos citasset , ac insuper dixisset , eum esse probè nobis notum , de aliis enim quos non novimus , nihil eorum possumus in lucem afferre.) Quas eo tempore. Quo eum P. V. interrogationibus , & Europæis discursibus fatigabant scripsit ad Patrem Franciscum Brancatum , quarum tenor & sensus erat : Sibi nullo modo placere sententias ac discursus PP. VV. circa ritus erga Confucium & defunctos atque adeo testari se (aiebat) atque in-

clamare apud Deum justum judicem, quod in die judicii extremini esset ipsemet accusaturus PP. VV. eò quia fuerint (quamvis præter intentionem, ut judicamus : nec in omnibus Ligno habenda fides) causa ruinæ animarum multarum, nolentes homines hosce litteratos baptizare, quia ab illis politici cærimonius erga Confucium aut defunctos non valerent abstinere, & eò quia PP. VV. mordicùs nollent eamdem curre re viam quam currebant Societatis Patres.

Sed dolet Pater Franciscus Brancatus quod quatuor illas vel quinque epistolas tempore hujus persecutionis cremaverit ; gaudet tamen hoc uno quod (si opus fuerit) testes habeat adhuc duos chū k'iu fi, unum Sinensem Christianum & majoris authoritatis, alterum Europæum ac Sacerdotem (hic est Pater Umbertus Augerius natione Gallus & Societatis Religiosus), qui hasce epistolas suismet oculis perlegerunt. Gaudet insuper quod Romam misericet epistolam illam, quam illi scripserat R. P. Fr. Timotheus à Sancto Antonio Lankinensis Réresidentiæ Vicarius, qui & aliam tenoris ejusmodi misit epistolam ad Patrem Anton. de Govea. Epistolæ sensus erat, Se Deo optimo Maximo gratias agere quod post accuratum examen tandem aliqui Patres Sacri Ordinis cognoverint verum esse id quod Patres Societatis affirmarent, atque approbarent circa ritus Confucianos ac defunctorum, seque enixè rogare omnes Societatis Patres ut dignarentur parcere, si à Patribus Sacri Ordinis dictum quid vel actum fuerit

contra id quod Patres Societatis Christianis suis
• permetterent in Sinis; non enim malo id animo
fecisse, sed quia Sinensium aliqui Manila degentes
interrogati de his ritibus male informarint. Testi-
monia testimoniis opposuimus & quidem
brevitatis gratia pauca ista testimonia ad
responsionem numeri 18. 19. & 20. satis su-
perque sufficere videntur. Nunc alias se-
quentes numeros aggrediamur.

Responsio ad reliquos omnes numeros.

IN reliquis numeris incipiendo à vigesimo
primo usque ad 42. & ultimum nume-
rum, continentur quædam interrogata vel
dubia cum suis rationibus dubitandi; item
aliquæ reflexiones oppugnatoris super ea
quæ in Patrum cœtu, nostrorum aliqui di-
ixerunt in favorem rituum politicorum, qui-
bus regni Magistrum Confucium aut de-
functos Sinæ venerantur; ad quæ omnia hic
infra respondebimus.

21. Ad 1. an ista aula, seu ædes, in quâ
est statua Confucii, gymnasium sit, sive
aula? Si aquella sala, o edificio, onde està la
statua del Confucio es gimnasio, o aula?

22. Quæstionem aut esse de nomine, aut
si argumentum vim suam sumat ex functio-
nibus quæ in illo loco exerceantur, solutio-
nem ex supradictis patere.

22. Ad 2. an ædes ista sit templum, aut
quid illi desit ad veri templi rationem? Si
aque

áquel edificio es templo, o que le falta para serlo? Huic postulato eadēt quā modo deditūs rēsponsio aptatur. P. V. hic ad infirmādām Patris Martinii propositionem illam; præterea aula Confaciī, gymnasium ēst & non templum propriè dictum: nam clausa omnibus ēst præterquam studiosis; patitate utitur sicut arguens plura sacella sunt in Europā, quae habent veram denominationem templi & tamen non parent omnibus ergo, &c.

Respondeo jam suprà quæstionē Huič de denotationē templi satisfactūm esse; præterquam quod propositio Patris Martinii non tantū innititū uni illi rationi, videlicet quia aula sit clausa omnibus præterquam studiosis, sed alias item supponit rationes; quibus probatur aulam Confuciū non esse templum propriè dictum, nec Confuciū esse idolum, nec in hujus aula dāri aliare propriè dictum, nec Confuciū collā Sinensibus sacrificiis propriè dictis, sed cultū merè politico.

Adde quod si spectemus morem Sinicum vel unica illa ratio jam proposita à Patre Martinio vim magnam habere videtur. Nam Sinenses illa vera templa esse existimat seu ædificia ad cultum religiosum destinata ut sunt idolorum templū & nostrum Deo dicatum templū, quæ patent omnibus ad orandum, ad petendum pluvias, filios, &c similia alia, ad solvendum sua vota, &c. qualis non est Confaciī aula. Hinc patet etiam responsio ad ea quæ R. P. Fr. Ant. de

Sancta Maria ex divi Francisci familiâ assert contra eamdem Patris Martinii propositiōnem : ait enim in suo manuscripto , se oculis suis vidisse omnibus patentēm esse in Provincia *Xāntūm* aulam Confucii illiusque portas semper apertas.

Non ita materialiter accipi velim , ut , si aliquibus in locis aperta sit , Pater Martinius mendacii arguatur. Dicitur esse clausa , quia non licet populo , advenis , aliisque plebeis hominibus illuc promiscuè ingredi , nec fit ad illam concursus , sicut ad idolorum fāna , in quibus non iij soli qui ab inanibus diis beneficia poscunt , aut vota solvunt , preces fundere ac munera offerre ; sed & fessi bajuli sarcinas deponere , & pauperes peregrini pernoctare , & viatores ab ingruente pluvia se recipere possunt , aliaque similia peragere , quæ nullomodo in *vēn miāo* permittuntur. Coeterum tres magnæ portæ in eodem ordine possitæ ducunt ad primum atrium ; quarum media semper est clausa , nec aperitur nisi honoris gratiâ , quando præfecti ad suas functiones peragendas ingrediuntur , per duas autem laterales omnibus patet aditus in ipsum atrium per quod *biō quōn* aliorumque intus habitantium domos ea quæ sunt necessaria ad quotidianum victum usumque devehuntur. Aules vero Confucianæ janua nec semper nec omnibus in urbibus eodem modo clausa , aut aperta visitur , sed sibi sit aperta , litteratis tantum ac studiosis

intrare licet, inferioris generis hominibus non item.

Alia quæ P. V. hoc ipso numero adducit reduci videntur ad quæstionem de vocabulo & remittenda ad Sinica Dictionaria. De latitudine autem significationis litteræ 祀, quam P. V. verum & proprium sacrificium significare contendit, jam supra satis dictum est.

Quæ contra nos adducit ex Plutarcho lib. ad col. Nulla unquam civitas fuit, quæ templo non haberet. Ninguno ha visto ciudad, que no tenga templos. Deinde addit. P. V. Quæ enim templo Sinarum gens habeat, gens tam polita, tam sapiens & sagax, si ea, quam diximus, aula Confucii, templo non est? Que templos pues tiene la gente tan politica, y entendida de China, si el dicha del Confucio no lo es? Non videntur habere multum ponderis: nam possemus & nos interrogare Plutarchum quæ templo habuerit genus humanum ante & post diluvium, priusquam lex scripta, aut ædificatio primi templi in orbe succederet? & tamen tunc genus humanum numen adorabat, nec erat sapientia destitutum.

Respondeo nunc directè: si de priscis Sinis agamus, ex Chronicis constat (uti fusiūs disputamus in expositione libri *chūm yūm* & in tabulâ Chronologicâ videri potest), ante inventam idolatriam propria templo habuisse ab Imperatoribus supremo cuidam numini dicata; si de Sinis agamus post

aaa ij

inveftam idololatriam & fana, & templis
innumeris in excelsis, & imis, intra & ex-
tra urbes idolis (quæ p'usā vocant) dicata
semper habuisse constat: hodieque non de-
funt, ubi populi sua vota solvant, quorsum
igitur præceptoris regni aulam vocemus
templum propriè dictum? rationem innuit
P. V. cùm ait: quia illa fabrica & struc-
tura ac forma tota est ad reliquorum tem-
plorum imitationem & exemplar, neque
hominum habitationi ullatenus inservit. Por-
que aquella fabrica, y su forma, y modelo todo
es como los demás templos, y no es, ni sirve para
habitacion de vivos. Sed ex iis quæ P. V.
affert num. 7. cùm per partes describit to-
tum ædificium istius aulæ Confucianæ, re-
vera sequitur, quod Tribunali potius præ-
fectorum, ut suprà etiam diximus comparan-
da sit aula Confucii, quam Idolorum Tem-
plis: ait enim ; circa eam quam dixi ja-
nuam, sunt aliæ tres, quæ patent in vicum
publicum, & quæ partim imbutæ sunt ali-
quo colore. Pars superior tectum nullum
habet; P. Idolorum templo non habent ejus-
modi januas. Cerca de la puerta ya dicha, hay
otras tres, que salen a la calle publica, y en par-
tes estan charanadas de color, y arriba estan fin-
cubierta alguna, que las puertas delos templos de-
los idolos no estan asy, &c. Hæc quæ his ver-
bis describuntur præfectorum curiis, y a muen-
dictis, competere manifestum est: unde vi-
detur P. V. (ne sibi contradicat) vim
totam argumenti circa denominationem

templi ab unico illo cubiculo, o *capilla* desumи velle; atque adeò ratione istius *facelli*, ut vocat, debere templum denominari totum illud ædificium Confucianum, quod constat tot aulis, præcipue illa *mim län* *tiān dīchā*: de quā P. V. num. 7. hæc habet hæc est aula, seu gymnasium, ubi explicantur quinque ordines naturales. *Este es aula, o gimnasio, en lo qual se explica, y trata de los cinco ordenes naturales:* quod item constat tot atriis & ex utrâque parte domibus scholasticis, & spatiis habitationibus, ac denique tot portis, porticibusque ad similitudinem tribunalium in Sinis, atque universitatum in Europa.

Est janua quædam ingens, per quam ingressi cuilibet fas est. Intus est area, cuius à lateribus domus duæ sunt quas incolunt, iij quos diximus, Magistri, Præceptores aut Præfecti Litteratorum, atque ibi etiam jus dicunt. *Hay una puerta, sunt verba P. V. ibidem, grande por donde entra todo hombre: dentro hay un gran patio, a cuyos lados hay dos casas, donde viven los ya nombrados, Maestros, Præceptores o Prefectos, de los letrados y tienen allí su Tribunal*

Quia supra dixerat P. V. no es, ni sirve para habitacion de vivos. Et nunc dicit *dónde viven los ya nombrados Maestros, &c.* Hinc occasionem duximus dicendi P. V. velle desumere totam vim denominationis templi ab uno illo cubiculo, o *capilla*, ubi mapet Confucii tabella. Sed si ita velit deno-

minationem defini , paritas quam suprà adduxit contra Patrem Martinum , cum ait : facella universitatum templa profectò sunt , neque tamen patent omnibus : ergo ratio illa non evincit : &c, *Las capillas de las universidades templos son , y non patent omnibus , luego aquella razon no conuence , &c.* Contra seipsum majori quâdam ratione convertitur : nam *las capillas de las universidades templos son* , ubi non quidem politicus tantùm cultus exhibetur , sicuti in *capilla Confucii* , sed ubi verum sacrificium quotidie (non bis in anno) Deo vero offeruntur : & tamen non dant suam , quam habent , denominationem templi toti illi ædificio universitatis. Hæc enim etiamsi plura facella intùs habeat , semper denominatur studiorum universitas , vel in almâ urbe Sapientiae templum.

Neque vim ullam contra hanc denominationem faciunt verba illa : quæ ibi peraguntur , propria nullius ædificii sunt , nisi templi : ergo locus ille templum dici debet. *Los actos y funciones , que aquí se hacen no son proprias de edificio alguno , sino de templo , luego sera templo.* Nam præterquam quod functiones illæ quæ sunt in aula Confucii , spectant ad cultum politicum , ut suprà probavimus , quoad denominationem tamén totius ædificii aulæ Confucianæ , etiamsi functiones fieri solitæ bis in anno in *capilla Confuciana* pertinerent ad cultum religiosum , non inde tamen aula Confucii denominaretur

templum , sicuti ex eo quia in facellis universitatum quotidie offeratur sacrificium , non inde sequitur ipsas universitates debere templa nominari.

23. Ad 3. An illud quod in eo loco peragi suprà relatum est , sit *sacrificulus* , aut sacrificium , & quid illi desit ad eam denominationem ? Nota , *sacrificulum à Navarretta sumi pro parvo sacrificio* ; adeo ejus erat *corta latinitad* , ut ipse loquitur. Videant quām ignarum habeant ducem ac praeceptorem , qui unius ferè Navarretta testimonio subnixi tantas turbas movent . Si lo que queda referido , que se haze en aquel lugar , es *sacrificulus* , o *sacrificium* , y que le falta para serlo ? ex supradictis patet responsio ad hoc postulatum.

24. Ad 4. 4°. Quæritur , an mensa quæ est ante Confucium , & super quâ est ejus tabella , sit altare , necne ? La 4. pregunta es , si la mesa , que esta ante el Confucio , y donde esta su tablilla , es altar , o no ?

Responsio ad hoc quæsิตum facile colligi poterit ex iis quæ suprà dicta sunt , in illâ enim mensâ nullum animal macratur ; sed munera super illam disponuntur. Functiones item aliæ , quæ ibi fiunt non habent rationem sacrificii propriè dicti , sed omnes ad cultum merè politicum spectant , Confucii denique tabella , vel statua apud Sinas non habet rationem idoli sed substituitur in memoriâm præceptoris totius regni : ergo neque mensa illa , quæ adstat ante tabellam Confucii , habebit veram rationem altaris propriè dicti.

25. Ad 5. An Christiani litterati edere possint ex iis quæ Confucio sunt oblata ?
Si los letrados Christianos pueden comer de lo que se ha ofrecido al Confucio.

Resolutio pender à modò dictis ; Confucius enim non est idolum : munera igitur ; quæ politicè disponuntur in illâ mensâ , aut offeruntur , non participant rationem idolothyti. Idem dicendum de muneribus anté sepulchra defunctorum vel tabellarum dispositis , de carnis verd quæ offeruntur à gentilibus idolis suis , an Christiani eas comedere possint cum ab amicis gentilibus ad convivium invitantur , aut domi suæ à parentibus idololatris comedendæ offeruntur , in hoc directionem ab Apostolo , & Theologorum doctrinam in easibus particularibus sequamur.

26. Ad sextum An Confucius sit idolum , necne ? Si el Confucio es idolo , o no ? Responsia patet ex supradictis.

27. Ad 7. An tabella Confucii ; atque idem de reliquorum defunctorum tabellis debet intelligi , superstitionis aliquid habeat ? Si la tablilla del Confucio (lo mesmo es de los demás difuntos) tiene algo de supersticion ? Quia hæc quæstio non pendet à tabellâ ipsâ materialiter sumptâ , sed à modo quo illâ homines utuntur , & fine ob quam illam venerantur , regula Generalis Patrum Societatis semper fuit , ut ubi superstitione modo uterentur , superstitionem ornam prohiberent :

Quod

Quod spectat ad tabellam Confucianam , de qua P. V. numero 15. hæc affert; cum sequitur alias ritus , quo scilicet deducitur spiritus , ut ad locum suum revertatur , quia scilicet intelligunt vel sibi fingunt id quod ipsi spiritum vocant , advonisse ad suscipiendum sacrificium. Repositâ Confucii tabella in eo eminenti loco , in quo solet collocari , recitatur hæc oratio : Litteratorum templum sedes est gravitatis ac sapientiæ. Illuc tanquam ad Imperii caput venerandum undique conyenient homines tibi cum devotione ac reverentiâ Sacrificium obtulimus , ac tuam quietem interturbavimus , ut ad odoriferas nostras oblationes accederes ; nunc verò spiritum tutum deducimus , ut in locum suum revertatur. Peracto sacrificio bona & felicitatem consecuti sumus. Atque iis diebus inter eos qui adfuerunt , carnes dividuntur Ea quæ diximus omnia Regio decreto constituta sunt ab Imperatore Hûm-vù. Lex habetur in libro *Ta-mün-hoët-tien* in hæc planè verbata: Imperator *hûm-vù* anno Imperii sui primo scripsit ad præfectos suos , ut Confucio sacrificarent , ut vere aequæ autumno , illis diebus qui *tîm* dicuntur , Confucium oblatis odonibus venerarentur. Idem Imperator misericordios suos ac magnates ad istud Magistrum templum , quod nōmpe erat in curiâ. Anno quarto statuit , ut Confucio fieret sollempne sacrificium; declaravitque ea quæ deberent offerri , &c vasa aequæ instrumenta

b b b

sacrificii, quæ ſuprà mensam eſſent collo-
canda. Voluit vafa eſſe fictilia, carnes
coctas, musicam præterea & saltationem
adhiberi, eligique ad eas cærimonias ritè
obeundas præfectos litterarios, atque co-
rum filios. Sigüeſe luego otra foncion, que
es acompañar al ſpiritu, para que ſe buelua
a ſu lugar: por haver entendido o imaginado
haver venido a recibir el ſacrificio, la que ellos
llaman ſpiritu. Tornada la tablilla del Confucio
en ſu lugar eminentē, ſe lee eſta oracion: el
templo de los letrados tiene en ſi grande grave-
dad, y de todas las partes vienen los hombres
a venerarle como a principal cabeza: con devo-
cion y reverencia te hemos ſacrificado, inquier-
tandote para que llegaffes a nueſtras olorofas
oblaciones: agora acompañamos à tu ſpiritu
para que ſe buelua a ſu lugar: concluido el ſa-
crificio hemos recibido bienes, y dichas. Luego ſe
parren las carnes entre los que han affidido, &c.
Todo lo dicho eſta establecido con decreto real
por el Emperador hûm vù. Eſta la ley en el
tā mīm hoéi tien' tom. 8. y dice affy. El
Emperador hûm vù en el primer año de ſu im-
perio mandó a ſus prefecc̄os, que ſacrificaran al
Confucio y que en el verano, y otoño en los días
llamados tīm veneren con olores el Confucio. El
mismo Emperador imbio a los de palacio, y grandes
de la corte à eſto al templo, que hay en la corte,
deſte Maeftra. El año 4º establecio, que al Confu-
cio ſe hiziesſe ſacrificio ſolenne, declarando lo que
ſe le ha de ofrecer y los vasos y instrumentos
del ſacrificio, que deyen coloçar ſobre las mesas:

que los vasos sean fátilia , las carnes cozidas , y que haya musica , y danças , y que se elijan prefectos letrados ; y a hijos suyos para estas ceremonias

Addit P. V. si quis est qui de ejusmodi usu ac praxi dubitet etiamnum , legat ille Rituale Sinicum , quod litterati sequuntur in his functionibus peragendis. Illud Rituale jam circumfertur editum à litterato quodam nomine Li. portò de rá mím hoéi tién satis constat. Qualquierá duda que buriere acerca de la práctica , se quitara facilmente leyendo el ritual que tienen los letrados , por donde se goviernan para estas funciones : el qual anda oy impresso por uno de alcunha lí , y consta del rá-mím hoéi tién.

Propter hæc quæ modò recitata sunt videtur P. V. interrogasse , an tabella Confuciæ aliquid superstitionis contineret ? Præcipue cum Imperator jussicerit hæc fieri per totum Imperium , anno regni sui 15. jussit per totum Imperium ut sacrificia Confucio fierent. Anno 16. jussit adhiberi concentus musicos planè quemadmodum in sacrificiis defunctorum Imperatorum adhibentur . El año 15. de su Imperio mando , que en todo el Imperio se sacrificara al Confucio . El año 16: mando buviera musicas ; como las hay en los Sacrificios de los Emperadores difuntos . Ex quo sequi videtur si forte in iis cærimoniis , quæ sunt circa tabellam , aliqua apparereat supersticio , hanc per totum Imperium dilatata esse , & litteratos orantes infecisse ,

b b b ij

196. *De cultu Sinensium.*

Respondeo 1º. hæc omnia quæ citat P. V. Hispanico versa idiomate conferenda esse cum iis iisdem, quæ nos supra Latino idiomate versa litteraliter reddidimus, &c inde constabit tūm versionum diversitas, tūm encomiorum proprietas, tūm varius Sinensium usus litterarum *xin*, *lim*, *fe*, *ci*; primæ, quâ ad spiritum, 2. quâ ad animam, tertiaræ quâ ad felicitatem, quartæ quâ ad sacrificia declaranda in vocabulariis nostris Europæis, hic nos uti solemus; quæ nostra vocabularia non semel possunt nobis causa esse ut forte in exponendis libris Sinicis (ob multiplicitatem significationum, quam habet quælibet littera, seu defumit ex variâ coniunctione cum reliquis) unum sensum pro alio identidem accipiamus, itaque interrogatio ista, *an tabella Confucii continet aliquid superstitionis?* Ex supradictis adæquatam responsonem obtinuisse videtur.

Respondeo 2. ex iisdem quæ P. V. adducit, colligi potest, ea omnia potius præbere speciem lætitiae cuiusdam festivæ & cultus politici in grati animi signum ac memoriā tanti magistri; quam sacrificij speciem aut religiosi cultus. Non enim constat fieri electionem illam victimæ quam alibi P. V. (quia fiebat per effusionem calidi vini super auriculas porcorum) vocaverat: *Fit cærimonia eligendi victimas. Hazese la ceremonia de escoger las rezas.*

Cærimoniā hanc, si originem investi-

getius, audivimus alicubi fortè servari : non autem communiter , aut ex statutis Imperatorum , & eam fuisse introductam à nescio quo Eunicho, quem Imperator legaverat ad regnum extraneum ; is cum in illo regno observasset, quod regnicolæ cum vellent ex porcis (aut aliis animalibus) meliorem ac saniorem eligere , calidum quid effunderent super eorum auriculas ; & ipse in Sinas reversus hunc eundem morem introduxit, ut is feligeretur ex porcis in usum oblationis , qui effuso vino super auriculas statim moveret caput ; nec deesse videtur in aliquibus Europæ locis mos similis ad indagandam equorum vivacitatem , quorum aures aquâ vel vino perfunduntur antequam ab emptoribus cum pretio committentur.

Nec item constat ante tabellam Confucii mactari porcum aliud animal , sed tantum constat suprà mensam illam , quæ ante tabellam posita est , parari oblationem, seu munera , reliquaque instrumenta ad oblationem requisita , quam oblationem musica instrumenta comitantur : eæ ceremoniæ non à sacrificulis aut ministellis , sed ab ipsissimis litteratis fiant necesse est ex decreto Imperatoris : declarando lo que se ha de ofrecer , y los vasos y instrumentos del sacrificio , que devan colocar sobre las mesas , que los vasos sean fictilia , las carnes cozidas (carnes coetas offerri jubet vel super mensam reposi- pi non autem mactari victimam super men-

b b b iii

sam) y que haya musica , y danças , y que se elijan prefectos letrados y a hijos suyos para estas ceremonias &c suprà dixerat : luego se parten las carnes entre los que han assistido . Quæ omnia , ut patet , speciem convivij & festivæ eujusdam lætitiae præseferunt .

Respondeo 3. demus præcedentium verborum videlicet *Siguese otra foncion* , que es acompañar al spiritu..... & oratiunculæ in laudem Confucij sensum & versionem propriam eam esse , quam attulit P. V. & in cærimoniiis politicis erga Confucij tabellam nunc mixta inveniri aliqua , quæ superstitionem aut vanam observationem redolent , non ideo inferri potest ea vel fuisse ex primariâ institutione , vel fieri à nostris Christianis : hi enim nec judicant , nec ullo modo imaginantur spiritum Confucij venire , existere in tabellâ illâ , & deinde ad locum sutum reverti , nec ab illo quicquam sperant , aut felicitatem aliquam petunt . Patres namque Societatis cùm litteratos cathecumenos instruunt , si qui sint qui tempore infidelitatis , imaginati sint similia , hos rationibus convincunt , & rei veritatem probè docent ; iis insuper omnem superstitionem interdicunt , & illa duntaxat ægrè permittunt , quæ ad merum cultum civilem sunt instituta , aut ad hunc reducuntur , juxta Sacræ Congregationis decretum , quod supra recitavimus .

Præterquam quod difficultas non contra omnes litteratos vim aliqualem habeat , sed

contra paucos, videlicet Præfectum urbis, Cancellarios, aliquosque alios paucos, qui assistere tenentur huic functioni bis tantum in anno fieri solitæ, cum neque gradum accipere si assistant, neque gradum amittere cogantur, si non adsint, atque adeò de his paucis, si fuerint Christiani, & ex officio vel aliquâ rationabili causâ merè assistere cogerentur, quæstio posset institui, an ex superstitione, quod cœrimoniis politicis mixta sint aliqua superstitiosa, nec sit in eorum potestate cœrimoniæ illas ab omni superstitione purificare, possint assistere, præsertim factâ prius protestatione. Nos enim (quia casus est de particularibus quibusdam personis, & dependet à variis circumstantiis quæ hic & nunc possent concurre) putamus solutionem remittendam esse Theologis, qui re & circumstantiis probè expensis judicare poterunt, an ob paritatem rationis sententia illa Sacræ Congregationis in quam simillimo casu de ritibus defunctorum, extendi possit ad ritus hosce Confucianos: verba Sacræ Congregationis sunt hæc: *Censuit posse tolerari Sinas conversos adhibere dictas cœrimoniæ erga suos defunctos etiam cum gentilibus, sublati tamen superstitionis; posse etiam assistere tantum cum gentilibus, quando agunt superstitiosa, præsertim factâ fidei protestatione & cessante periculo subversionis, & quando aliter odia & inimicitia vitari non possint.*

Obiter hic noto verba illa P. V. quæ n. II.
Functio 4. est, cum vere & autumno civi-

200 *De cultus Sinensium.*
tatum atque oppidorum Præfecti faciunt,
Cí tñm , quod est sacrificium fieri solitum ad
diem tñm. Porrò sit in hunc modum. Præfe-
ctus ipse pridie pergit ad istud sacellum in
quo ipsum expectant litterati omnes , qui
ipsi adesse debent die sequenti. *Lo 4.* es
quando el verano , y otoño los prefectos de las
Ciudades y villas hazen el Cí tñm esto es , el sa-
crificio , que se haze en el dia tñm. Hazese desta
manera. La víspera el prefecto en persona acude a
esta capilla , donde todos los letrados que el dia
siguiente le han de assistir lo estan esperando....
Indigere aliquâ declaracione , ne non modò
veritati , sed propositioni factæ à R. P. Fr.
Joan. Bapt. de Morales ipsi Sacræ Congre-
gationi contradicant , nam P. V. ait : *Donde*
todos los letrados &c. Omnes litterati , & dictus
Pater de Morales ait : *Concurruntque cum illa*
aliqui ex litteratis. Quod autem agatur de
càdem functione bis in anno fieri solitâ pa-
ret , nam integra propositio Patris de Mora-
les hæc est : *Gubernatores verò bis in anno te-*
mentur in ejus templo solemne sacrificium offerre,
& simet gerentes Sacerdotis officium , & sine solem-
nitate in anni decursu bis in mense concurrant
equè cum illo aliqui ex litteratis. Et revera bis
in anno non omnes ut in examinibus , sed
aliqui concurrunt : atque adeo veram pu-
tamus propositionem P. V. Si respectivè ad
verba illa sequentia accipiatur , hoc est ,
Todos los letrados que el dia siguiente le han de
assistir : qui autem sequenti die debent præ-
fecto assistere , sive omnes , sive ex iis aliqui
tantum

tantum præcedenti die præfectum anticipent parum refert.

His de Confucianâ tabellâ ita explicatis, remanet adhuc dubium unicum super illa verba P. V. quæ n. 15. inserit: Christiani nostri insignes ac litterati aiunt hanc esse multorum infidelium litteratorum sententiam, eos qui eas carnes comedenter, aut prædictis functionibus interessenter, magnum in gradibus progressum habituros, recepturosque intelligendi vim, quâ facile litteras Sinicas addiscant, &c. *Christianos honrados, y letrados nuestros dizen, que muchos letrados infieles creen, que los que comen de aquella carne, ó assisten a las dichas funciones, tendran progresos en los grados, se les comunicara intelligencia para aprender sus letras &c.* P. V. hic fatetur Christianos honoratos, ac litteratos dixisse, quod multi fint ex litteratis infidelibus, qui credant illa omnia circa spiritum Confucij venientis ad sacrificium deinde revertentis ad suum locum, quin immo etiam credant, quod omnes qui comedunt ex carnibus sacrificij, vel ipsi sacrificio assistunt, accepturi sint à spiritu Confucij intelligentiam & progressum in litteris: ergo multi litteratorum gentilium etiam hac nostrâ ætate credunt esse spiritus, & habere virtutem, & numen illud, quo possint intelligentiam, opem ac felicitatem conferre hominibus in hac vitâ degentibus. Ergo ex ipso testimonio litteratorum Sinensium multi ex litteratis Gentilibus hac nostrâ ætare

non sunt athei. Et tamen litterati hoc affectantes eodem modo percipiunt vim & sensum librorum Sinensium, cognoscunt mores nationis Sinicæ, & valent distinguere atheos à non atheis, quomodo & alij litterati Sinenses.

Quapropter non video quam magnam aliquam vim habere possint contra nos, qui negamus Sinas aut fuisse aut nunc omnes esse atheos, authoritates illæ duorum Patrum Europæorum duorumque litteratorum Sinensium (quas P.V. probando Sinenses atheos esse assert n. 41. cùm ait: Fuit Litteratus quidam nomine *Cheu Yam tien* ex *Lao chu* quod est oppidum provinciæ *Kiam-fi*, in tribus Sinicis sectis apprimè versatus, quippe qui etiam Magistri seu *Kiam-biotie* munere fungeretur, ac multos variis ac ferè omnibus in partibus discipulos habuerat. Eum testatur P. Longobardus prælud. 17. §. 1. à se consultum fuisse, cùm tam eruditum esse cognovisset.... quæsitum 10. Si Docti Litterati Sinenses veros spiritus esse nullos credunt, quare eos in Rempublicam induxerunt? Respondit id eos idcirco fecisse quod intelligerent, ista religionis specie quâdam atque simulachro, contineri populum & coerceri facile posse. *Un letrado de la ciudad de laò chú de Kiamfi por nombre cheú yâm tieñ, el qual estaba mui visto en las 3. sectas, y affy professava officio de Kiàm hió tié de Maestro, ayuntando en muchas o todas partes muchos discipulos (palabras del R. P. Longobardo*

en el preludio 17. §. I.) y dice viendo puestan erudito hombre , le pregunté &c. la 10. pregunta es: Si los sabios letrados de China no creen que haya verdaderos spiritus , porque causa los introduxeron en la republica ? respondio , que por entender , que con esta imagen de religion se podia tener mano en el pueblo para que no se desmande.

Notandum hic quod in publico 23. Partum coetu ab antiquioribus nuper testificatum fuit , præcipue à patre Antonio de Gouvea residentiæ hujus Quantoniensis superiore de authoritate quam habent manu scripta Parris Longobardi , (de quibus paulo infra fusijs) circa quæstiones hasce Sina cas: publicè enim , & non semel testati sunt , manuscripta illa fuisse per multas consulta tiones in hac missione prohibita , non quia aliquid contra fidem , aut bonos mores contineant , sed quia multa nititur probare contra usum nominis 'tien chù, lin hoén, 'tien, xin , quibus nominibus non modò omnes Missionis Patres , sed ipsem in suis libris quos hic typis dedit , utebatur ad nominandum Deum , animam , angelos : quia item nititur probare , Sinenses omnes nullum cognovisse spiritum , fuisseque atheos priscos omnes , adeoque horum doctrinam de spiritibus , deque supremo cœlo , cœlique Imperatore institutam fuisse ad meram politicam , & per consequens priscos omnes decepisse populum : quæ sententia quam parum fundameti habeat (fundabat illum pius senex in iis, quæ athei quidam S.-

c c c ij

nenses scripserunt) tum libri Patris Mathæi Ricci, Julij Aleni, & aliorum primorum hujus Missionis Patrum clare ostendunt: tum textus ipse priscorum expositus, deinde manifestabit.

Si velit nunc P. V. ut dicamus quam auctoritatem habeat testimonium aliud Europæum, seu manuscriptum Patris Antonij de Govéa (cui præcipuè innitur R. P. F. Antonius de Sancta Maria) interrogemus & ipsum authorem, qui adhuc in vivis sanus extat ac incolumis: mentem suam ipse exponet. Expono: (ait ille) nescio quare vim faciant Patres aliqui in meo manuscripto, cum non sit typis mandatum? quæ scripsi circa Confucium aut priscos Sinas, cum interrogabam an athei essent, vel ad atheismum accederent præterquam quod ibi problematicè discurrebam, tamen si ex meo discursu colligi videatur, alicubi me inclinasse in sententiam illam quæ vult priscos Sinenses fuisse atheos, hoc non scriptum, indicatumque volo. Quod autem spectat ad ritus erga defunctos semper ego fui in sententiâ communi Patrum nostrorum, tum quoad proxim, tum quoad speculatoriam, audivi aliquando à Sinensi nescio quo Sinenses putare animas defunctorum adesse, cum ritus fiunt, ab iisque petere aut sperare quidpiam &c. Et hoc ipsum in meo manuscripto notavi; sed cum grano salis intelligendum, non quia puto, id ex libris Sinicis constare, aut Sinenses omnes id agere, & putare, sed aliquos duntaxat ex sectariis, aut ex rudi plebe à sectariis deceptos: ob quæ ne ansa alicui praebatur impostorum alter interpre-

tandi mentem meam , judicavi verba illa ex
meo manuscripto esse omnino ita explicanda
& intelligenda. Hæc Pater Antonius de Go-
vea hujus domus superior , querin nuper to-
tius Missionis Sinensis Visitatorem habui-
mus.

Nunc ad dubium nostrum revertamur:
non enim videmus quomodo conciliare
possimus sententias hasce P. V. quæ viden-
tur oppositæ (nisi velit ad ostentationem in-
genij , vel disputandi gratiâ utramque pro-
blematicè defendere) videlicet ex una par-
te in fine num. 41. post varias probations
concludit : Unde liquidò constat quām sint
chimerici spiritus illi , quibus Sinæ sacri-
ficia offerunt. Quod unum saltem ex hoc ca-
pite si alia omnia absint , non videtur posse
ab ingentis alicujus superstitionis criminе
vindicari..... atque idem de Sinis litteratis
dicere possumus , quod dixit S. Augustinus
de Senecâ , eum scilicet multò peccasse gra-
viùs quam reliqâi peccarent idololatræ , si
quidem illud coleret atque adoraret , quod
ipse non credebat. Idem faciunt litterati Si-
nenses , quamquam exteriùs quidem idolo-
latræ esse atque idololatriam profiteri vi-
deantur. Conque queda claro quan chimericos
son los spiritus Sinicos , a quienes ellos sacrifican.
Todo loqual saltem ex hoc capite , quando no hu-
biera otra cosa , no parece puede carecer de gran-
de supersticion , quidquid sit de aliis formalita-
tibus intentis ab argumeto : y podemos dezir
lo que S. Augustin dixo de Seneca , que pecava

más gravemente, que otros idolatras; pues reverenciava, y adorava lo, que no creya haber. El letrado Chino haze lo mesmo, con que parece tienen, y professan ser idolatras en lo exterior. Ergo sententia P. V. hæc est, ut Sinæ non credant revera esse spiritus, & quod hos venerando idololatræ esse videantur in exteriori.

Ex aliâ parte, ut authoritas litteratorum Christianorum valeret contra nos, qui dicimus litteratos Sinenses tantum politicè venerari tabellam Magistri sui, quæ substi-tuitur loco Confucii olim defuncti, non autem credere aut putare spiritum Confuci-ii venire, & deinde regredi in locum suum, &c. P. V. num. 15. affert verba illa supra jam citata: *Christianos honrados y le-trados nuestros dizen que muchos letrados infieles.* (Notet hæc verba: *muchos letrados in-fieles: non enim pauci litterati aliqui, aut plebs, sed multi litteris culti, & qui sen-sum librorum suorum de spiritibus agen-tium callent, inter quos primum forte lo-cum obtinet ille qui rituale composuit, nec deerunt Cancellarii gentiles in horum mul-torum numero) creen que los que comen de aquel-la carne, ó assisten a las dichas fónciones, tendrán progressos en los grados, se les comunicara in-teligencia. (Nempe à Confucii spiritu) pa-ra apprender sus letras, &c.... Ergo sententia P. V. & multorum Christianorum litterato-rum est, quod multi gentiles litterati cre-dant revera esse spiritum Confucii poten-*

tēm communicare intelligentiam sectatori-
bus suis , & per consequens credant etiam
esse alios spiritus , sed quod hos venerando
idololatræ esse videantur , non tantum in
exteriori , sed etiam in interiori cultu ; non
quidem ut Seneca ; qui (juxta Divum Au-
gustinum) pecava mas gravemente , que otros
idolatras , pues adorava , y reverenciava lo , que
no creya bayer ; Sed ut cæteri idololatræ ,
ac gentiles , qui venerantur idola , quæ cre-
dunt , ac putant habere numen , & divi-
nitatem .

Ex hoc eodem dubio patet , quām nul-
lam vim habeant contra nos aliæ duxæ au-
thoritates duorum gentilium atheistorum chū
çù & chañ , cù quos P. V. eodem num. 41.
citat ad probandum , quod litterati Sinenses
non credant revera esse spiritus sed putent
omnia resolvi in aerem . Quid pauci hi gen-
tiles & athei contra multos Christianos nues-
tros honrados y letrados , que dizen , que mu-
chos letrados infieles creen : &c. Sententiam
verò nostram & rationes , quibus probatur
Sinenses litteratos colere Magistrum suum
Confucium , vel hujus tabellam , aut sta-
tuam non idololatricè sed cultu merè politi-
co ac civili , suprà jam proposuimus , adeo
que non videntur hic iterum repetendæ .

Gradum nunc faciamus ad defunctorum
tabellas : an Confucii tabella , (atque idem
debet de tabellis defunctorum intelligi) ha-
beat aliquid superstitionis : Si la tablilla del
Confucio (lo mismo es de los demás difuntos)

siene algo de superstitione? Tabellæ istæ defunctorum vel sunt memorativæ illæ tabellæ, in quibus inscribuntur nomina, ætas, munia, dignitates, &c.... Uti in lapidibus sepulchralibus inscribi etiam solent, & in his nulla apparet superstitione, vel sunt illæ, quæ domi aut alibi collocatæ substituuntur loco defuncti, ante quas Sinæ faciunt reverentias ac ceremonias, quas cum cadaver domi esset, huic faciebant. Ejusmodi tabellis duæ inscribuntur litteræ in exteriori facie; in interiori enim tabellâ unica xī littera, seu aliud cognomentum competens, post mortem binæ hæ litteræ exterioris tabellæ, vel sunt xīn guéi (idem est ac xīn չ or aut mō chū) vel xīn chī quas binarum litterarum conjunctiones cum eamdem prorsus significationem Sinæ habere velint in usu rituum defunctorum, eodem modo nobis est ratiocinandum de omnibus ac de singulis.

Et quia, uti diximus de tabellâ Confucianâ, quæstio hæc non pendet à tabellis materialiter sumptis, sed à modo quo illis homines utuntur & fine ob quem illas venerantur, Regula Generalis Patrum Societatis semper fuit, ut ubi superstitione modo utearentur, superstitionem omnem prohiberent, & cultum ex institutione suâ merè politicum erga defunctos vel imagines aut tabellas, seu substituta defunctorum Christianis suis duntaxat permitterent, juxta decretum Sacrae Congregationis, quæ censuit posse

posse tolerari Sinas conversos adhibere dictas ceremonias erga suos defunctos etiam cum Gentilibus, sublatis tamen superstitionis, &c. Difficultates ergo speciales quas P. V. num. 27. affert circa tabellas defunctorum cum solverimus, soluta item remanebit quæstio hæc, & veritas magis elucescat.

1. Ratio dubitandi, ut vulgò dicitur, est quia *li ky*, tract. *vam-chi* fol. 3. Imperator offert vestem lutei coloris Imperatoribus defunctis. Addit interpres hanc vestem oblatam fuisse tabellis, cum precatione pro rei sericæ successu atque amplificatione. Atque ibi eas tabellas vocat, *xin çó* sedes spiritus. *La razon de dudar hablando en comun es, porque en el líki tract. vám chí fol. 3. el Emperador ofrece un vestido royo a los Emperadores difuntos; y dice el commento, este vestido se ofrece a las tablillas, pidiendo que la seda se perficie. Aquí la llama xín çó, asiento del spiritu: locutus hic citatus non est quidem líki*, tract. *yüe lím* fol. 55. cuius hæc sunt verba a: *hac eadem lunâ Imperator obtulit lutei coloris vestem Predecessoribus Regibus.* Textus hic nihil affert contra nos; nos enim fatemur fieri à Sinensibus oblationes quasdam munerum aut dapum defunctis, quos politicè honorant, uti vivos honorabant. Videamus nunc an interpres aliquid contra nos statuat. *Chú kiā yvē*, inter-

*a Xī yvē yè 'riēn fū nài sién kiō y yú
Sién ti.*

ddd

pres vel commentator ait ^a : isti prædecessores Reges (de quibus textus loquitur) illi sunt , qui olim fuerunt solidarum virtutum Principes deinde addit ^b , Rex obtulit hoc munus ad , seu ante , memoratas eorum tabellas *xīn gō* dictas ad deprecandum pro totius regni sericâ re vel , ut alii explicant , ut predecessores Reges intercederent apud supremum cœli Imperatorem pro rei sericæ ubertate , ut etiam intelligenti volunt locum illum *lìkí* lib. *yvē lím* fol. 64.
t'ieñ cù cién guéi yû c'ion miáo hoc est Imperator obtulit munus priscum in aula prædecessorum regum *nài guéi the kī xē* ut scilicet rogaret propter tritici ubertatem. Neque hi textus & interpretes contra nos sunt : nos enim non negamus priscos solitos rogare pro populo illos duntaxat prædecessores Reges , quos ob eximiam virtutem & amorem erga populum putabant ad sedes beatorum avolasse , ac posse apud supremum cœli Imperatorem intercedere , ut constabit ex iis quæ adducimus in expositione libri *chūm yūm*. Quod negamus est , Sinenses rogare quoscumque defunctos , illisque tribuere divinitatem aut numen aliquod ; nam hoc neque ex libris constare potest , neque ex institutione aut praxi trium præcipuarum Sectarum. *Jū* , *fōe* , & *Táo* , vel *Lao-cù* , ad quas reducuntur Sinenses ferè omnes.

^a *Sien t'i ehè Sien tái mö tē chü kiün.*

^b *Tien f'ù yū xīn gō y k'i f'an sū.*

Regum itaque Sinensium mos iste semper fuit, ut pro communi necessitate populi, vel immediate supremum cœli Imperatorem, vel spiritus, vel prædecessores Reges virtute præclaros tanquam intercessores rogarent, rogareque juberent suum populum, regnique præfectos. Extat inter alios multos præclarissimus ille locus *liki* lib. *yvē* līm fol. 68. ex quo hæc veritas confirmatur ibi dicitur *a* : *Imperator jussit populum ut nemo esset, qui non omnes exhaustirent suas vires ut reverenter obsequium præstaret regalis cœli supremo Imperatori, & precipitorum montium, magnorumque fluminum quatuorque mundi partium spiritus vel spiritibus, ut item suis quoque honoribus colerent in Regiis aulis præfides rei agrariae & frugum spiritus, ut ita pro populo peteretur vel impetraretur quies ac felicitas, velut dicti rei agrariae præfides intercederent apud summum cœli Imperatorem pro populi felicitate.* In idem recidit locus aliis ejusdem lib. fol. 64. ubi dicitur. *b* *Imperator jussit habentes prefecturam, ut pro populo rogarent oblationesque offerrent montanorum flumen, omniumque fontium terræ præsidibus.* Ipse vero Imperator ad petendum pro populo pluviam in magno illo

a T'ieñ cù līm mīa vū pū hiēn c'ho k'i lié y' cùm hoâm t'ieñ xám tí mīm xāñ rá c'huēn sù fam chī xīo y' s'ù cùm miáo xé cié chī līm y' guéi ním k'i fō.

b Mím yeù sū quéi mìn k'i sú xāñ c'huēn pē yvēn rá yù tí yúm xím yō.

ddd ij

sacrificio yū dicto quod obtulit supremo cæli Imperatori usus est, plenissimo concentu instrumentorum musicorum (hoc ut interpres ait constabat novemdecim variis instrumentis musicalis) commentator in hunc locum ait *a* : id quod per yū litteram significatur , nihil aliud est quam illud sacrificium , quo tres Reges (iij scilicet , qui in classe sañ vām dictâ ponuntur) solebant petere pluviam ; per litteram autem , Tī , nihil aliud significatur quam cæli Dominus ac gubernator : alibi alias auctor vām fū dictus yūe ait *b* : hoc est , per litteram Tī significatur Creator rerum Dominus .

Et ipsamet Sinica Philosophia (quam sæpius contra nos citat R. P. Fr. Anton. de Sancta Maria Ord. Seraphici) pluribus in locis præcipue lib. 1. fol. 5. item lib. 24. fol. 13. idem quod dicimus de litterâ *ti* confirmat. Unum tancum locum hic proferam ex ipso majori libro cheū yēcā c'ivēn dicto ; interpres enim cheā super lib. yē kīn lib. 24. fol. 14. in illa verba , Tī c'hō bā chīn , hæc ait : *c* post quam ordinem creationis rerum exposuit , dicit , profecto quisnam res hasce procreavit ? Quis ita sapienter perfecit ! Certe quidem necesse est ut dicamus dari , qui eas fecerit ac procrearit , Dominum ; ideo is

a Yū chè sañ vām x'ieū yū chī cí , tī chè t'iēn chī chū cāi yè .

b Tī chè Scēn voē chī chū .

c Cēn xō Scēn xō c'hīm chī piē yeū guēi chī chū cāi chè cū gací chī tī .

idem Dominus est , qui vocatur Tí , seu cœli supremus Imperator.

Cùm itaque his & innumeris aliis sententiis Philosophi Sinenses tam clarè distinguant cœlum materiale , resque omnes procreatæ ab ipso Creatore , ac Domino rerum omnium , ad quem præcipuè preces & vota prischorum dirigebantur , peto ab ipso Patre Fr. de Sancta Maria , quodnam fundamentum invenerit in libris Sinicis , ex quo collegere Sinas priscos aut modernos identificare res omnes , adeoque per veram & realem identitatem , id quod vocant xám tí identificare cum cœlo ipso materiali ? Cur igitur tot prolixis manuscriptis intentat contra priscos Patres Societatis Missionis hujus Sinicæ arguere , eorumque libros Sinicos , in quibus ad Deum , annuntiandum binis litteris Xám tí utuntur , corrigere.

Non est sanè solidum fundamentum , in quo olim fundabatur Pater Longobardus , ex quo ipse P. Fr. Antonius suos tractatus & Appendices extraxit : fundabatur enim ille in quodam axiomate Sinico quo dicitur ván vē yē t'i. Hoc est , omnes res sunt unum , seu una substantia . Ex hoc axiomate Sinico præcipuè orta est olim quæstio inter Patrem Longobardum & alios Societatis Patres circa nomen xám tí . Ad Romanos Theologos quæstio delata est ; inde à totius Societat. moderatore jussum , ut nullo modo à libris Patris Mathæi Riccii

ddd iij

expungerentur litteræ xám tí ; sepulta quæstio fuerat , sepulta manu scripta Patris Longobardi , qui quidem ut erat pius & optimus Religiosus , in praxi cum cœteris se se accommodans , circa usum nominis tiēn chū , tiēn xīn , lūn hoēn , (contra quem usum etiam scripserat) tūm voce , tūm scriptis sine ullo conscientiæ scrupulo res & mysteria legis Sinis annunciat ; pace summā , summāque uniformitate gaudebant Societatis Patres , iis etiam paucis inclusis , qui olim tempore examinis ac quæstionum in sententiam Patris Longobardi iverant contra reliquos omnes in litteris , librisque Sinicis componendis exponendisque peritissimos , eos inquam qui contra gentem Sinicam controversias scripserunt , typisque Sinicis mandarunt Pater enim Longobardus , & duo tresve alii , quos ille citat nequam controversiarum libros Sinicis typis dedere , adeoque authoritas reliquorum Patrum tum apud litteratos Sinenses , tum apud nos maximè superat manu scripti unius autoritatem .

Testimonia item Sinica tum sententiagrum , tum dictorum , quæ Patres omnes adhærentes sententiæ Patris Ricci afferunt , sine ultra comparatione item prævalent paucis quibusdam sententiis , & iis mutilè de promptis (ut in expositione libri chūm yūm patebit) aut in pejorem sensum interpretatis , & item paucis quibusdam litteratis quos per transennam aliquando interrogabat

Pater Longobardus nec cum illis ita serio & scientifice disputabat, uti controversistæ Riccius, Vagnonius, Alenius, & coeteri.

Pace, inquam summâ fruebamur omnes Societatis Patres, sed ecce repentinus turbo; iterum sepultum & toties per provinciales consultationes prohibitum Patris Longobardi manuscriptum vidit lucem, pervenit enim ad manus R. P. Fr. Anton. de Sancta Maria hic alia atque alia transcripsit; misit ad RR. PP. Sacri Ordinis sancti Dominici in oppido *Lân kî* commorantes, utrumque zelus accensus divulgatum, missumque manuscriptum ad alios & Romam forte usque pervenerit. Hinc data occasio ad novas amaritudines & priscas quæstiones suscitandas hæc verò omnia missa faciamus: alibi erit opportuñor locus singulas quas P. Franci. Ant. movet in suo tractatu quæstiones exagandi: unum hic breviter contra dictum patrem Fr. Antonium interrogemus. Principium illud, seu axioma Sinicum **RES OMNES UNUM SUNT.** Itane intelligat ut velit Sinenses litteratos sentire, quod res omnes sint unum per strictam & realem identitatem vel non? si secundum jam nullam habent vim contra nomen *Xám tî* argumenta illius: quia cum *Xám tî* distinguitur realiter à cœlo materiali, non annuntiaretur Deus Sinis per verba quæ significant ipsum cœlum materiale (uti probant ejus argumenta: nam identificat *Xám tî*

cum cœlo materiali, adeoque infert libros Patris Riccij annunciantes Deum per litteras Xam tis ras Xam tis, præbere ansam erroris litteratis Sinensibus, & quod pejus est, audet dicere Patrem nostrum Generalem jussisse, non expungendas esse à libris Patris Riccij Xam tis, eò quia rogatus fuerit à quibusdam Partibus Italorum per epistolas: quasi verò Pater Generalis Societatis JESU ne nomen ac famam Patris Riccij offenderet, passus sit non expurgari libros Patrum Italorum, qui in sententiâ Patris Fr. Antonij de Sancta Maria possunt esse causa erroris litteratis Sinensibus illos legentibus; sed ejusmodi viri simplicitati parcamus, si primum, quod scilicet litterati Sinenses ita explicant illud axioma ut intelligant *res omnes esse unum per strictam identitatem individualem* (quod sane nec per somnium Sinenses imaginati sunt) deberet Pater adducere verba aliqua Sinica, quibus Sinenses interpres utantur ad explicandam hanc strictam identitatem rerum: non enim sufficit adducere illa eadem verba yē tis de quibus est quæstio, quia esset petere principium, & idem explicare per eadem prorsus verba æquivoca: & eodem modo ac si Philosophus Europæus interrogatus de ente quomodo sit unum, bonum verum, vellet omnia entia esse unum per identitatem & hoc probaret ex eo quod Philosophi dicant ens esse unum, esset ridicula probatio.

Adducet fortè verba aliqua vel similitudines

dines, quibus aliqui Sinenses Philosophi explicent identitatem specificam naturæ rerum omnium, quasi res omnes participant eamdem naturam, uti singuli homines eamdem naturam humanam: sed hoc ad summum probat quosdam Philosophos Sinenses fuisse hujus opinionis in exponendo illud axioma suprà citatum. At probabilior & magis consentaneam rationi existimamus sententiam aliorum Philosophorum Sinensium, qui satis arguentes specificas rerum naturas ex varietate accidentium inter se notabiliter diversorum, aliarumque proprietatum differentium, satis indicant naturas rerum non esse unum specificè, ut seriò legenti libros Sinenses suis locis patebit, & ne nos item nulla authoritate Sinica veniamus, Sinenses non intelligere aut strictam identitatem, aut specificam substantiarum per verba illa *yē tǐ*, præter alias quas alibi affirmimus, unam híc ex lib. *sīm lítā c'ivén* (quo libro passim contra nos utitur P. Fr. Antonius) sententiam adducam ex comp. tom. 2. fol. 9. dicunt per modum axiomatis *a cælum substantificat & incorporat sese rebus*, & non separatur *b ab illis*; sic intellige (ait Philosophia Sinensis) per similitudinem, seu eo modo quo dicitur *amor universalis titi dictus incorporari cum rebus*, & nullam rem vel locum esse, ubi non existat ille; seu nullus homo est, ad

a 'tien 'ti vē lh pú 'y.

b yē iin 'ti sū lh vū pú çái yè.

quem amor (si sit iūn & universalis) non se extendat & communicet : ita cōlum, incorporat sēsē rebus per influxum universalem. Eodem modo de amicis per amicitiae vinculum colligatis Sinicūm axioma dicit, eos esse yē tī unam scilicet substantiam; item in libro chūm yūm de spiritibus assistentib⁹ rebus omnibus, easque dirigenrib⁹ ac gubernantib⁹ per eadem verba propun- ciatur axioma,

Sed esto P. F. Antonius gratis dicat axio-
ma illud intelligi à litteratis Sinensibus per
strictam identitatem : scrupulis ille agitur
quod Patres nostri prædecessores annuntia-
rint Deum per binas litteras Xám tī & vel-
let tanquam novatus linguae Sinicæ magi-
ster emendare ac corrigere eorum libros,
quorum doctrinā præcipue litterati ferè om-
nes qui sub Christi vexillo militarunt, ac
militant aggregati sunt : tamen nullis agita-
tur scrupulis quod ipsem̄ iis iisdem libris
usus sit toties & propalarit Sinensibus ad
legendum : nullis item agitatur scrupulis ad
tūm voce tūm libris anuntiandum Deum
per binas litteras non modo tīen chū
sed etiam Xám tī , ut constat ex libel-
lo, quem suo nomine typis Sinicis dedit
in urbe cí nân provinciæ Xāntuh metropoli
anno 1664. cùm tamen compositus fuerit à
licentiat⁹ christiano Xám dicto. fol. itaque
22. & 23. hæc habet & Angelos item per

« Xám tī ché chū gáiváa yeù chí cūn yū lh'
ché tīcñ chū yé. »

‘*ren xih* animam per *lím hōen* reliquaque fidei mysteria per alias Sinicas litteras : illud enim principium si ita sit , quod scilicet Sinenses intelligent res omnes esse unum per identitatem , non magis contra binas voces *rièn chū* militat; quam contra reliquias voces: Nam etiam si Deus annuntiaretur per binas voces *rièn chū* cùm voces sint signa rerum , res verò sunt unum per identitatem , cùm Pater Fr. Antonius annuntiat Deum Sinis per voces *rièn chū* , Sinæ concipiunt Dominum cœli esse identificatum cum cœlo materiali ; adeoque P. Fr. Antonius præbet ansam erroris Sinensibus ad concipiendum Deum tanquam quid materiale:

Idem dici potest de Angelis, & animabus! ergo non soli libri Patrum Societatis expurgandi, aut cremandi sunt, sed etiam libri seu catechismus Patris Fr. Antonij. Neque effugiet ille vim argumenti si dicat : citò crementur omnes libri : nam iterum peto exustis item libris quo tandem nomine Sino annuntiabimus Sinis Deum verum respondere fortè , ut erat opinio aliquoruti annuntiandus est Deus per ipsam latinam vocem *Deus*, seu per *cobitas* ut Lusitani vident.

Iterum interrogo , quando per *cobitas* habete Deum & mysteria fidei annuntiabimus; vel Sinenses percipient vim & significatum latinæ vocis, vel non. Primum est aperte falsum : ex secundo sequitur , quod ad explicandas *cobitas* titi debeantur vocibus

Sinicis : quibusnam utemur ? quæcumque illæ sint , semper argumentum recurrit, quod demus ansam Sinensibus ad concipiendum Deum , tanquam aliquid materiale ; cùm cœlum per Sinenses identificeatur cum rebus omnibus , & res omnes inter se identificantur : nisi velit Pater Fr. Antonius quod Sinenses habeant res aliquas cum quibus cœlum identificatur , sed ipsæ inter se non identificantur ut sunt personæ inter se distinctæ ; & cum naturâ divinâ identificatæ , quod esse somnium aliud longè speciosius ; anne vocibus illis carebit lingua Sinica uberrima ad explicandum Deum verum , quibus nullam adhuc barbaram linguam caruisse universus testatur orbis.

Sinæ (in sententia Patris Longobardi) nullam substantiam immateriale cognoscunt, neque ullum primum rerum principium præter materiam primam , in quâ omnia sunt unum , distincta specificè non per formas substantiales , sed per figuram & alia mera accidentia externa : unde omnes istæ voces **tiēn, xám tî, quèi xīn* &c. sunt synonymæ. In hac etiam sententiâ recurrit argumentum : nam si non admittitur vocabulum *Xám tî* ad significandum Deum , quia est synonimum cum cœlo materiali , neque erunt admittendæ (propter eamdem rationem) voces **tiēn chû, tiēn xīn, lím hoēn* , ad significandum Deum , Angelum , & ani-

**tiēn, Xám tî, quèi xīn.*

mam : neque cobitæ ad id valebunt , quia cum hæ declarandæ illis sint per vocabula Sinica , nulla erunt inter Sinas vocabula , quæ possint significare illorum immaterialitatem , cuius cum nullam habeant notitiam consequenter nec habebunt vocabula.

Digressi aliquantis per sumus à difficultatibus , quas P. V. nobis proposuit , non quia abs re esse digressiunculam nostram judicaremus ; sed quia P. quoque V. multa eorum quibus impugnat sententiam nostram , in tractatu Patris Longobardi fundat , putans fortè nostris veluti armis fortius nos expugnatum iri , si utatur è nostra societate testimoniis contra nos : sciat , ve lim , P. V. tractatum Patris Longobardi non esse integrum , adeoque nobis suspectum ; nescimus enim cuius incuriâ , vel forte bono aliquo fine aut saltem non malo , ultimis foliis , seu integro capitulo spoliatus fuerit. In ultimo enim paragapho pius senex acceptis responsis ad sua dubia à Christianis litteratis provinciarum Australium (inter quos erat doctor Leo , & alius cui nomen Ignatius) quasi dubius & perplexus de suâ sententiâ , quam præcipue fundaverat in quibusdam sententiis modernorum interpretum hæc ait : Aiunt videri sibi , nos debere ad Sinarum animos nobis & sanctæ fidei conciliandos , librorum antiquorum sequi textus ipsos , qui sint ad propositum nostrum accommodati , rejectis ac

ccc iii

posthabitatis interpretum commentariis. Atque in eo quidem omnis harum controversiarum cardo vertitur. Quare in his exordium est ardentissimis precibus Spiritus S. lumen atque auxilium, ut omnibus ritè discussis atque perpētisis, statuatur illud denique; quod magis è re Christianâ fuerit. Dizen (hoc est Litterati Christiani) que liber parecer a elles; que para nos accommodarmos a os chinás; deviamos seguir os textos das doutrinas antigas; que forem favoraveis à o nos to intento; sem ter que ver com as exposiciones dos interpretes. Esto consiste todo o cardo destas controversias. No que ha mister pedir instantemente a Luz e favoz de Spiritu Sancto; para poder ponderar; e assentir o que convem. De minha parte (como esta hé causa de tanto momento) proporei ainda algúas consideraciones que me ocorrem. Addit deinde P. Fr. Ant. à Santa Maria. Deerant ultima folia; quibus continebantur eæ considerationes; de quibus supra dixit, ac proinde neque aliâ linguâ donari, neque hic apponi potuerunt. Le faltavan las ultimas foyas, en què se contenian las consideraciones, que supra el dice, y assy no se pudieron trasladar aqui. Ex quibus collige ex toto tractatu Patris Longobardi; nullomodo colligi posse ultimatam sententiam ejusdem Patris Longobardi: Petebat enim Dei auxilium perplexus, Para ponderar; e essentiar o que convem: ergo nihil determinavit. Quin immò quia accommodavit sese in omnibus quoad præsum cum reliquis missionis Patribus, mutata;

Se sententiam judicandus est.

Testimonium Patris Bartholomæi de Roboredo (sicut etiam P. Ignatij Lobo, quem & jam audivimus ab aliquo citari contra nos, nihil officit rebus nostris : nam statim ac ex india Macaum pervenit, Manilam à Superioribus missus propter negotia Macaensis Collegii, nihil de Sinicæ Missionis controversiis rescire potuit : quod si in ipsâ insulâ interrogatus aliquid vel dixit vel scripsit (etiam Maniliensem Superiorum jussu) id homo audacis ingenij, & se plenus ex suo sensu potius dicere maluerit, quam se talium rerum ignarum confiteri. Est enim hæc opinio eorum, qui adhuc in societate degentem illum probè cognoverunt ; ejusdem farinæ est Pater Ignatius Lobo, hi duo ex societate dimissi (certè non propter virtutis excessum) nihil probare possunt contra nos. Cæterum non benè interfertur, P. Roboredus nescivit Sinicæ Missionis controversias. Ergo nec Pater Didacus de Morales potuit scire, aut econtrà ; nam post duos vel etiam tres annos à Patris Roboredi Manilam profectione missi sunt è Sinis Macaum à Patre Viceprovinciali Sinenensi Patre Francisco Furtado tractatus Sinensum è societate Missionariorum ad Patrem Antonium Rubinum Visitatorem, & inde ab ipso Visitatore Manilam ad Patrem de Morales quem etiam posteà præsens conuenit ipse Pater Rubinus Visitator, quando

in Japoniam prefecturus in eam insulam
navigavit.

Majorem vim habere videntur contra Sententiam P. V. tria (ut de aliis non loquar) testimonia, scilicet ejusdem cum P. V. Sacri Ordinis tres Patres, qui cum Sinis conversati sunt aliquot annis, & nostræ sententiæ adhaerunt. Primus (de quo etiam supra) R. P. Fr. Timotheus à Sancto Antonio, qui fuit Vicarius in residentia Lankinensi; Secundus R. P. F. Dominicus Coronado, quem Sacer ordo, nisi mors præoccupasset in Vicarium Provincialem Sinensem sibi delegarat; tertius R. P. F. Dominicus Sarpetrus qui quantum in literis, librisque Sinensibus proficerit, quot quot hic in Quantoniensi exilio moramur, testari possumus; gloriari quoque possemus testimonio P. V. si uti anteà, ita etiam postquam legit tractatum Patris Longobardi, in eâdem cum Patre Sarpetro sententiâ perstitisset, & ingenium suum ac calamum adhibuisse (quemadmodum Pater Sarpetrus cœpit facere cum tractatum illum legendō intellexit in falsis principiis fundari, diminutasque sententias afferre, & in alium à genuino litteratorum sensum ferè omnia verti atque explicari) in refutando potius quam in defendendo, confirmandoque principia ejusmodi, in quibus tractatus ille fundabatur.

Aliud est, quod sciat velim [P. V. tractatum Patris Longobardi conscriptum fuisse olim

blim à pio religiosoque sene, non animo persistendi in suâ sententiâ (uti tenaciter persistit in suâ R. P. F. Antonius à Sancta Maria) sed animo examinandi, ut patet ex titulo, cuius hæc sunt verba : Brevis Responsio de Controversis nominibus, *xam ti*; *tien xim*, *lin hoen* atque aliis vocibus Sinicis, ad statuendum quænam ex ipsis possint vel non possint inter hos Christianos usurpari; proposita ad legendum atque examinandum Patribus qui in residentiis Sinicis commorantur; ac posteamittenda Macaum ad R. P. nostrum Visitatorem. Resposta breve sobre as controvérsias do xám tí, t'ien xin, lin hoën, e outros nomes e termos Sinicos: pera se determinar, quæas delles podem ou não podem usarse nesta christandade, dirigida á os Padres das residencias da China, pera a verem; e depoës emviarem a o nostro Padre visitador em Macao. Legerunt Patres Missionis Sinicæ: omnia reprobavunt, quæ in ipso tractatu continebantur: & ipse Pater Visitator reprobavit quoque omnia excepto usu nominis *xam tí*: voluit enim ob amorem uniformitatis, ut omnes deinde in libris Sinicis uterentur vocibus *tien chü*. Patres Missionis Sinicæ quamvis ex libris Xám tí, Sinicis cognoscerent, nullam maiorem rationem esse pro usu nominis *tien chü*, quam pro usu nominis *xam tí* ad annuntiandum Sinis verum Deum; tamen quo ad hoc (cum quæstio tandem reduceretur ad vocabulum) nullo modo repugnarunt.

fff

ob ejusdem uniformitatis amorem , & ut eodem quo totus Christianus orbis utitur nomine , hic quoque uterentur , præsertim cum (ut ex Sententiis supra allatis constat) binæ litteræ *r'ien chū* , vel *chū cāi* , sint eæ , quibus Sinenses litterati in suis libris declarant alias bñas litteras *xám tī*.

T'ieñ
chū,
Chū
cāi.

Hanc hujus tractatus reprobationem non leviter confirmat testimonium Patris Joannis Francisci de Ferrariis qui sic ait : *ingressus ego in Sinicam Missionem post annum datus fui Socius Patri Nicolao Longobardo in Provincia xāntuñ ubi per se annos bonus Senex tractatus aliquos (& quos typis dederat , & quos dare meditabatur) mecum sèpissimè communicare non destitit , nullâ unquam de hoc tractatu factâ intentione : quem tamen postea Patre Longobardo à Superioribus in pekinensem residentiam revocato , inopinatè inventum legi ac relegi diligenter , nec ut ejus sententia adhærerem , poteram mihi facile persuadere ; cum ecce à Patre Francisco Furtado tunc temporis nostro Vice-Provinciali , nec non à Patre nostro Adamo (cui quidem soli morem gerere non ausus essem) monitus ac jussus cum tractatum igne combussi anno 1649. nequaquam expostulante ejus auctore . Quod idem si alteri exemplum contigisset (& utinam contigisset) quod post obitum Patris Longobardi in alienas manus devenerit , non equidem præsens nobis bellum indixisset.*

Nunc autem P. V. indiscriminatim contra nos utitur (& tenacius P. F. Antonius.)

Principiis , sententiis , authoritatibus , ac
testimoniis , quæ in illo tractatu afferun-
tur , tanquam si typis datus esset ille tra-
ctatus , aut saltem fuisset à Missione Sinicâ
approbatus. Rectè , obsecro , perpendat hæc
omnia & statim videbit cuius quantaque
authoritati suæ innitantur rationes. Quod
denique sciat velim , est , tractatui Patris
Longobardi à nescio quo additum fuisse
(postquam Pat. Joannes Valat . Societa-
tis Iesu tractatum illum legendum dedit
R. P. Fr. Antonio de Sanctâ Mariâ , in cu-
jus deinde manibus permansit) titulum
alium Hispanico idiomate conscriptum , cu-
jus hæc sunt verba : Exemplar descriptum
ad litteram tractatus cuiusdam scripti à R.P.
N. N. uno ex antiquissimis atque exerci-
tatiissimis Sinici Regni Missionariis , de seg-
tâ Litteratorum & Philosophorum , ut ipsi
videtur , tam antiquorum quam recentium ,
quam sectam Sinicè vocant *Jù Kiào*. In eo
demonstrat auctor in librorum classitorum
lectione versatissimus , non esse aurum sanæ
doctrinæ id quod multis , etiam Evangelii
ministris , tale videtur esse , ex ipsis termi-
nis ac vocibus adhiberi solitus apud libros
classicos & maximæ inter Sinas authorita-
tis , sed esse contrà cænum infernale atheis-
mi subtilissimi , veritatis specie quâdam
atque imagine obductum , cum id quod
credunt atque intelligunt , sic veluti viscosum
quoddam glutem veneni draconis , quo se
facile implicet , difficile expediatur , qui fallaci

fff ij

specie semel deceptus, nihil subesse mali fibi
persuaserit. Traſlado ad Litteram de un tratada del
Rev.N.N. de los mas Antiguos y versados en la gran
China , sobre la ſecta de los letrados, y Philosophos
(a ſu modo) antiguos y modernos deſte Reyno, llama-
da Siniè Jû Kiáo declara en el ſiendo mui visto
en sus libros cláſicos , no ſer oro de ſana doctrina
lo , que a muchos (etiam Evangelii Miniftrós)
parece ſerlo , ſegun los terminos y modos de ha-
blar de ſus mas autenticos , y cláſicos libros ; ſi
no antes ſer un lodo infernal de finiſſimo atheiſ-
mo diſſimulado en lo exterior con appariencia de
verdad. Siendo en lo interior de lo que ellos creen,
y entienden , una como liga viſcoſa del veneno
del dragon , facil en pegar , y diſſicil de ſoltarſe ,
el que affen ſus pihvelas perſuadido no lo ſer.

Hæc ſunt verba tituli ſuperadiditi : cum
hoc titulo miſſus in Europam traſtatus :
cum eodem titulo alia exemplaria tranſ-
cripsit P. Fr. Antonius , caque propalavit.
Profectò niſi Charitatis amor urgeret nos ad
tacendum , illi pares non defuiffent tituli.
Quis enim non videt quantum detrahat fa-
mæ , ac doctrinæ Patrum Sinicæ Missionis
titulus hic tam temere ſuperadditus hoc
unum video poſſe apud Europeos famæ
noſtræ consulere cœcum tandem judicaffe
de coloribus ; nunc eò unde digreſſi ſumus
revertamur.

Secunda diſſicultas quia ſcriptor anti-
quus Chañ cù . . . ait tabellam adhiberi ,
ut ſpiritui ſeniat , & perpetuam faciat obe-
dientiam. Porque el Chañ cù autor antiquo , &c.

dize que la tablilla es para servir ale spiritu , con que se eterniza la obediencia. Imprimis littera xin etiam significat memoriam : quando enim sinicè (ait Pater Brancatus) alicui homini quicquam concedimus , dicimus lieu xin teneto memoriam hujus rei. Atque adeò tabella potest dici servire ad memoriam parentum defunctorum , adeoque signum esse memorativum filiis , & posteris obedientibus ad perpetuum obsequium pro beneficiis à parentibus quondam acceptis. Ex liki libro 8. fol. 50. constat ritus erga defunctos adhiberi , ut filii numquam obliviscantur eorum à quibus geniti fuerunt , in quo motivo nulla apparet supersticio : quin imò se eterniza la obediencia quod est motivum virtutis.

Lieu
xin

3. Difficultas. Philosophia Sinica , quæ dicitur Sim li ta civen.... & Dictionarium çu guey , verbo chū , dicunt istas tabellas à veteribus fuisse institutas , ut in iis defunctorum spiritus insideant atque immorentur . La Philosophia Sinica llamada Sim li tá ci-vén , y el Dictionario çú guéi verbo chū dizen , que los antiguos instituyeron estas tablillas para que el spiritu de los defunclos estribe , y encoste , en ellas. Quoniam hic P. V. institutionem priscorum tangit seu finem ob quem prisci instituerunt hasce tabellas , juvat hic referre ea quæ circa hanc materiam adducit Pater Franciscus Brancatus ; sit enim : littera hæc chū multas habet significaciones interalias significat (ut suprà

fff iij

innuimus) memoriam y' tè chū yè id est à littera chū significat rem & locum, quò intentione seu memoria excurrit, ac tendit. Significat etiam substitutum tam yè. Atque adeò cum in tabellâ defunctorum ponuntur binæ litteræ xīn chū etiamsi vox illa xīn accipiatur propriè pro spiritu, significatur per litteras illas quod in his tabellis manet memoria spiritus vel hominis defuncti: aut quod hæc tabella substituitur loco spiritus, seu defuncti: verum in dicto Dictionario çú guéi sunt aliqua verba æquivoca, quæ aliquibus Europæis videntur significare, vel innuere, quod spiritus vel anima defuncti quiescat in illa tabella, adeoque res hæc indiget majori declaratione. Verba sunt xīn chū çum miào liè chī y' cī lín che. Id est tabella xīn chū dicta in majorum aula erecta fuit ad representandum defunctum; cī littera, videre & contemplari, & representare significat: adeoque potest item exponi: tabella erecta fuit ut in illa tanquam in substituto contemplarentur, & quasi presentem viderent posteri defunctum, lím enim littera (ut infra dicetur) cùm de defunctis agitur ipsum defunctum significat aut saltem defuncti substitutum vel imaginem, uti dicitur in libro lìkí, t'ân eum hía par. 2. sol. 21. a Confucius dicebat substitutum illud defuncti, vel imago conficta ex herbis lím dicta, probè appetet, vel, excitat ad pie-

^a C'um çù guéi guéi ç'ù lím chè xém, gúci guéi yùm chè pú gìn.

tatem & commiserationem ; dicebat item , substitutum aliud ex ligno confectum yúm dictum non redolet pietatem nec excitat ad commiserationem . Olim ait interpres a adhibito ligneo homine peragebant ritus funebres . Interpres alius ibidem hæc ait b : Olim colligentes herbas , ex his prisci conficiebant humanam quamdam figuram , ut hæc esset defuncti velut pedissequa , & vocabant eam 'cù lím , quia aliquantulum assimilabatur humanae figura , & nil aliud mysterii continebat . Item hæc figura herbacea erat ex specie illorum instrumentorum quæ vocabantur mím k'i , de quibus textus ait . c Binæ voces mím k'i spiritus claritatem repræsentant , seu sunt instrumenta illa quæ spectant ad præsentationem spiritus defunctorum : ideo lato illijs defunctorum currus , & herbacea figura substituta loco spiritus , vel loco defuncti , inde ab antiquo fuerunt in usu , & mím k'i vocantur , funeris scilicet instrumenta .

Sed primo quidem notandum est in Sini non nisi paucos ex vulgo , aut à sectariis deceptos , aut valde imperitos esse , qui putent , spiritum defuncti in illâ tabellâ residere ; quia tabella non erigitur , nisi postquam sarcophagus sic sepulturæ mandatus ;

a Y mó gîn súm cám :

b Xó c'aò guéi gîn hím y' guéi sù chèchíz cûm guéi guéi chí c'u lím , liô cù gîn hím lh y' ; yé mím k'i chí lúi yé .

c Ním 'kí xin mím chí yé ; tû xiá c'u lím cù cù yé chí ,

quod aliquando contingit fieri post multos annos, quo toto tempore spiritus ille nullam habuit tabellam, suæ scilicet quietis locum. An vagabundum spiritum tunc fingant sectarii? Et tamen ritus fiunt ante sarcophagum: à quo spiritum per mortem discessisse necesse est fateantur vel ipsi sectarii; tum quia major Sinensium pars vel est eorum, qui sequuntur doctrinam priscorum, animas non interire, sed ab aliquo supremo numine recipere præmium; si merita habuerint, vel pœnam, (quamvis de pœnâ obscurius loquantur libri) si improbè vixerint: & hi non putant animas residere in tabellis; vel eorum littaratum, qui atheismum profentut, & nec hi putant animas residere in tabellis, sed in aerem resolvi, uti etiam Bonzii secundum suam interiorem legem atheistanteri; vel sunt ex plebe deceptâ à Bonziis secundum doctrinam exteriorem, quam docent, & hi omnes credunt animas in infernum destrudi, aut effici idola aut transmigrare de uno in aliud corpus; atque adeò nec hi putant animas residere in tabellis idem proportione servatâ intellige de secta Táo sū dicta; vel denique eorum qui sub Christi vexillo militant, & hi nec per somnium quidem imaginantur animas defunctorum residere in tabellis; quippe per fidem probè neverunt beatarum damnatarumque sedes.

*His ita prænotatis, verba illa xīn chū
gǔn*

quā mīdō liē chī yē cī līm chē (cūm cī littera significet etiam morari in aliquo loco) alio quoque sensu & significatione explicemus: sensus litterarum illarum est; tabellæ xīn chū dictæ in aulâ proavorum cūm mīas dictâ, idèò eriguntur, ut servetur diu ac duret ibi nomen ac memoria defuncti (non autem quia los antiguos instituyeron estas tabillas, para que el espíritu de los difuntos encoste, y estribe en ellas) tota æquivocatib videretur orta ab illa littera līm, quæ in nostris Europæis vocabulariis passim animam significat, & adjuncta alteri hōen dictæ, in libris item nostris animam rationalem indicat.

Attamen valdè diversa significatio ejusdem litteræ est in usu & ritibus defunctorum: sumitur enim tum adjectivè, & res spectantes ad defunctos connotat, v. g. funébres vestes līm y vocantur: lignea capsula, in quâ cadaver reponitur līm kiéu: portatores līm y, currus, super quem collocatur sarcophagus līm kiü, vel līm lh, &c. tum substantivè sumitur, & sine addito & tunc sarcophagus ipse hīm chē dicitur. Quod etiam Dictionaria Sinica notant sà lh chī cī hīm yvē līm defunctus qui juxta intentionem suam vivens rectè omnia composuit, vocatur līm cum itaque sarcophagus sepulturæ mandatus est, erigitur tabella, quæ substituitur loco sarcophagi, ut diu servetur, ac duret ibi nomen, & memoria defuncti, vel in aulâ defunctorum, vel domi, in quâ tabellâ, ut supra dictum est, inscribantur litteræ xīn chū vel xīn guéi,

ggg

Mō chū vocatur tabella , quod idem sonat , ac lignea , seu arboris memoria , quia arbor cum decidunt folia , vel arbor ipsa cum truncatur , mortis memoriam recolit cum iterum germinat ac floret , vitæ tempus designat : adeoque Sinenses principium seu natalem , & finem seu mortem parentum in tabellâ cultu civili honorant . Quod ipsum Dictionaria indicant , a sic enim habent : tabellæ usus est , ut sit lignea (*mō* item significat ligneam capsulam defuncti) quia *arbori folia decidunt & revertuntur ad suum principium seu radicem*. Hoc , res habere suum principium , & finem indicat .

Inseribuntur , inquam , in facie exteriori tabellæ , litteræ binæ , *xīn chū* , vel *xīn guēi* : in interiori autem inscriptum conservatur cognomentum proprium , quod defuncto post mortem inditum est , *xī fā* dictum , quia ex libro *xī fā* desumitur .

Quodsi autem hoc nomen substituatur loco sarcophagi quod , ut diximus *lím* dicitur (olim puer unus nepos defuncti substituatur : ut in expos. libri *chūm yūm* videri potest) ex eo patet nam ut ipsa Dictionaria Sinica aiunt *b* in libro *xī fā* dicto dicitur quod quamvis quis non admodum fuerit diligens ; si tamen sortitus est nomen ac famam ; hic mortuus dicitur *lím* , & post-

a Chù yūm mō ; mō lō quēi puēn yeà xī chufū chī y'.

b Xī fā pú 'kīn c'hīm mīm yvē liū.

Quam descripserunt tabellæ magnitudinem, dicunt biām cūm yvē ù tā Siam tūm cīe xū kī xi versūs foraminum locum interiorem tabellæ pām ù dictum sese invicem penetrantium bitumine seu vernice appetet inscriptum ipsius defuncti nomen illud (defuncti proprium) xi dictum.

Qui autem desiderat à suā primā origine rem hanc investigare, significatum quoque litteræ lui cui respondet duplex character Sinicus, exploret necesse est. Itaque lui funebrem orationem olim fieri solitam in laudem defuncti tempore cheū cūm significat. a Prisci, quando ex ordine Mandariorum kim aliquis magnus vir moriebatur, tunc Princeps jubebat aliquem agentem prefecuram in unum colligere ipsius defuncti merita, ac virtutes & componere orationem funeralem ad excitandam commiserationem pro amissionē tanti viri : hoc autem dicebatur lui.

Ex hoc collige orationes quæ citantur fieri solitæ in aula Confucii chō yēn dictæ, propriè non esse preces, sed encomia b ubi oratio bac lui, dicta, recitata fuisset, tunc imponebatur defuncto cognomentum, ut atq; appellaretur nomine. Hæc autem institutio ab Regulo cheū cum exordium sumpsit.

Hæc Pater Brancatus qui item addit :

a Cù cheū xiān-tā fū mō cē xiān mīn yēu sū lui xī cūn té guēi xā y ngāi chī yvē lui.

b Lui him liē haō y y mīn yē cheū cūn xi.

non nego tamen aliquos reperiri ex Sinensi sibus, qui erroneè putent animas per campos discurrere, vel in tabellis morari, vel comedere hauriendo dapum subtiliores spiritus, aliaque sibi fingant similia, sed non est hoc dicendum de majori parte Sinensium, sed duntaxat de aliquibus asserendum; in regno enim vastissimo gentilium, ubi tot aliis tantisque erroribus, & superstitionibus (post invectas præcipue idolorum sectas) imbuti sunt homines, quid mitum, si hoc etiam errore inficiatur aliqui ?

Ex his collige primo eodem modo discurrendum esse de tabellâ Confucianâ, xii^{guēi}, in quâ tanquam in substituto litterati civiliter colunt Magistrum suum defunctum; nec putandum litteratos credere spiritum Confucii advenire, aut recedere aut se comitari spiritum cum recedit; sed comitari tabellam: nec ea quæ in aulâ Confucii recitantur, esse propriè preces; sed potius encomia, & laudes, quæ olim per funebrem orationem lussi dictam recitabat orator, post mortem alicujus personæ gravis, cuius virtutes, ac merita populo declarabat, eumque ad imitationem excitabat.

Collige 2º. quam infirmum ac nullum fundamentum habuerit R. P. F. Antonius de Sancta Maria suspicandi, Patrem Martinum de Martinis non proposuisse juxta veritatem ipsi Sacrae Congregationi, cùm titus defunctorum exposuit. Una ex propo-

fictionibus, quam P. Fr. Antonius putat non esse veram, hæc est, *Sine nullam divinitatem animabus concedunt, nihil ab illis sperant aut petunt.* Præterquam quod propositione ita est indefinita (non enim dixit, *nullus omnino ex Sinis*) si applicetur propositione Sinis tum gentilibus tum Christianis, vera est; nam ut dictum est, major pars gentilium aut est ex iis, qui priscorum doctrinam sequuntur: & hi quamvis putent aliquorum illustrium Imperatorum animas ad Cœlum evolasse, & assistere tanquam amicos ad dexteram supremi Imperatoris; non tamen illis tribuunt divinitatem, neque nunc ab illis sperant aut quicquam petunt, quamvis olim prisci ab illis peterent, ut pro se intercederent apud supremum numen: neque ab aliis animabus quicquam petebant, multoque minus illis divinitatem tribuebant; aut sunt ex iis qui atheismum profitentur; & de his nulli dubium est, quod non petant, & divinitatem non modo non tribuant, sed suam animarum spiritualitatem in nihilum resolvi putant; vel sunt ex sectis Bonziorum; qui ad summum alias & paucas animas putant effici idola, ceterum communiter putant animas defunctorum in infernum detrudi: & potius petunt, aut rogant Bonzios vel Táo sū, nec sine pecuniâ & muneribus, ut hi suis precibus dignentur animas suorum defunctorum ab inferno liberare quam animabus tribuant divinitatem, aut ab iisdem petant,

ggg ij

aut sperent quicquam. Erunt forte qui pe-
tant & sperent, & divinitatem tribuant vel à
se ipsis decepti, vel ab aliquibus aliis secta-
riis, sed interim certum est quod major pars
Sinensium nihil horum faciat aut putet.
Ergo propositio Patris Martini, quæ ex
unâ parte est indefinita, & ex aliâ de ma-
jori parte Sinensium verificatur, est absolu-
tè vera si vero propositio applicatur Sinis
Christianis multo magis vera erit nec debe-
ret conqueri dictus P. Fr. Antonius quod
P. Martinus non proposuerit ritum seu ta-
bellam *xin chù*, seu *xin guéi assiento del espi-*
ritu. Nam cum proposuit in eodemque *imagi-*
nem defuncti collocant, in quâ ejus nomen *in-*
scriptum est, & cùm item proposuit: *deinde*
supra gradus alios aliis *altiores disposita* sunt
tabella ad palmi altitudinem in quibus omnium
in illa familia defunctorum nomina, qualitas,
dignitas, sexus ne aras inscripta sunt, &c. In
his verbis satis proposuit tabellam *xin chù*,
quæ in aulâ proavorum præcipue extat,
quæ nihil aliud significat quam nomen aut
memoriam defuncti; estque imago vel
substitutum ipsius defuncti.

Non proposuit tamen sub his verbis *af-*
fuento del espiritu Reverendus enim P.F. Joa-
nnes Baptista de Morales proposuerat, cura
Sacrae Congregationis Antistites censuerunt
non licere habere illas tabellas in *vero & proprio*
altari, &c. Verba autem illa Patris Mar-
tinii: *in hac aulâ bis in anno convenienter consan-*
guinei, ex quibus ditiare offerunt carnes, vi-

*Xin
chù.
Xin
guéi.*

num, candelas, odoramenta; pauperiores autem, qui has aulas habere non possunt, defunctorum suorum tabellas domi servant vel in loco particulari, vel etiam supra altare, ubi sanctorum imagines, qui ob loci aut domus parvitas alium locum non habent, quas tamen nec venerantur, nec illis offerunt quicquam, sed ex defectu alterius loci ibi sunt: ceremonie enim superdictae à Sinis non fiunt nisi in aula defunctorum quam si non habent, etiam ceremonias omitunt. Hæc, inquam, verba si videantur aliqui habere obscuritatem, is declarationem hanc nostram observet necesse est.

Agit hic Pater Martinus de cærimoniiis illis & cultu politico fieri solito à Christians bis in anno, non autem agit de cærimonis sive menstruis, sive quasi diurnis, sed de solemnibus cærimoniiis & in aula fieri solitis, ubi aulam habent proavorum: quod si pauperiores, nullam habeant aulam, aut nec domi habent locum alium ubi collocent suas tabellas, & ob angustiam loci aut domus cogantur collocare dictas tabellas supra altariolum, ubi etiam Sanctorum imagines collocatae sunt, in tali casu hi pauperes Christiani non habentes aulam aut locum commodiorem, eas tabellas non venerantur solemniori illo ritu bis in anno, nec illis offerunt quicquam: ratio est quia cærimoniae hujusmodi solemniores seu oblationes munera bis in anno à Sinis non solent fieri nisi in aula defunctorum, quam si non ha-

beant etiam solent cærimonias solemnis omittere.

Non negat tamen P. Martinus quod pauperiores venerentur tabellas proavorum, aut offerant odoramenta, & illis reverentiam faciant: In quem enim finem hic negasset de pauperioribus, cum supra agens de cærimoniiis erga defunctum recens mortuum indiscriminatim sit locutus, cum proposuit: *in domo defuncti sive Christiani, sive gentilis quoddam altare preparant, in eodemque imaginem defuncti collocant, in qua ejus nomen, inscriptum est cum ornata ororum, florum & candalarum, retroque cadaver pherebro inclusum collocant, & omnes qui ad condolendum domos illas ingrediuntur, coram imagine defuncti ter vel quater genuflectunt, humi sese prosternentes capitibus usque ad terram demissis, aliquas secum candelas & odoramenta asportantes, ut in preparato illo altari seu potius tabulâ coram defuncti imagine consumantur & comburantur.* In quem, inquam, finem negasset à pauperioribus colli politice tabellas proavorum, offerri illis quicquam, cum in fine indiscriminatim de omnibus in hunc modum proposuerit *ad mortuorum sepulchra, quæ omnia in montibus sunt, extra mœnia juxta Regni leges, ad bac filii ante affines accedunt semel saltē in anno circa initium Maii, herbas ac germina circa sepulturas nata eradicant, purgant; plorant, deinde ejulantur, genuflexiones (ut in primo modo dictum est) faciunt, cibos coctos*

Eccl̄os vinumque disponunt, mox finitis lacrimis edunt, ac bibunt.

Et ideo Sacra Congregatio juxta ea quæ superius proposita sunt, censuit posse tolerari Sinas conversos adhibere dictas ceremonias erga suos defunctos eriam cum gentilibus; sublatis tamen superstitionis; posse etiam assistere tantum cum gentilibus, quando agunt superstitione praesertim factâ fidei protestatione, & cessante periculo subversionis, & quando aliter odia & iniuricia vitari non possint.

Collige 3^o. quam solidè statutum sit à Patribus in cœtu nuper habitò, quod standum sit decretis Sacræ Congregationis circa praxim rituum erga Confucium & defunctos, & quam tūdò possint Missionarii Sinenses permittere Christianis suis, aut tolerare ea, quæ permittit & tolerat ipsa Sacra Romanæ & universalis inquisitionis Congregatio.

Collige 4^o. etiam si à R. P. F. Antonio adducantur aliquæ ex libris Sinicis autoritates, quæ videantur posse contra nos explicari, aut adducantur aliqui ritus superstitionis fieri soliti à gentilibus, præcipue seculariis; erga defunctos, aut à priscis gentilibus erga suos, non ideo tamen eum posso evidenter probare suam conclusionem, aut ita infirmare nostram, ut sua sententia præ nostrâ probabilior appareat: & consequenter non video quare non huic nostrâ velit adhaere saltem ob bonum Christianitatis, & conformitatis doctrinæ præcipue cum in mediis gentilitatis ex differmitate doctrinæ Missionis

h h h

niorum gravia scandala orientur, ob pacem denique & unionem charitatis inter nos, qui non nisi juxta decreta Sacrae Congregationis Christianitatem nostram dirigendam esse judicamus, quae decreta securè possunt nobis utrisque regula firma esse.

Quarta difficultas. Propter voces quae in iis scribuntur, scilicet, sedes seu thronus Spiritus N. Por las palabras, que en ellas se escriven, conviene à saber assiento o trono del Spíritu de fulano, &c. Etiamsi concederemus tabellas illas putari sedes animarum (nam revera tabella substituitur loco cadaveris; cum autem cadaver, cum domi esset, reputaretur sedes animæ non existentis in corpore, ita etiam tabella reputatur quidem substituta sedes animæ; sed animæ non existentis in tabellâ *xin cō assiento del spíritu*) etiamsi, inquam, concederemus tabellas illas putari sedes animarum, tamen ex vi ipsorum verborum & ordinario loquendi usu potius absentia spiritus indicatur, quam præsentia: sicuti sedes Divi Petri Romæ non indicat præsentiam Divi Petri in sede, sed sedem in quâ Divus Petrus olim federat; sedes Reverendissimi P. Generalis Sacri Ordinis PP. VV. Romæ, quæ aliquando honoratur & forte incensatur eodem modo, acsi ibi federet & præsens esset Reverendissimus Pater Generalis, propriè absentiam ejus significat, & quamvis ceremoniæ fiant sedi intuitu Reverendissimi Patris cuius est sedes, tamen Reverendissi-

mus Pater non ibi sedet, sed federat: si enim ibi federet, non diceremus ibi esse sedem Generalis, sed ibi esse Generalem. Cum itaque Sinæ dicant tabellam esse sedem spiritus, non autem dicant adesse spiritum in tabellâ, potius absentiam indicent, quam præsentiam spiritus necesse est.

Quinta difficultas. Propter formam & structuram, quam in tabellis unanimiter eamdem ita servant, ut omnes altæ sint pollices 12. latæ tres, crassæ unum: præterea tabellæ pars altior colli formam exhibeat: In medio foramina sint duo, quæ binas aures repræsentent: Basis seu pars inferior quadrata sit. Hoc totum sic explicant autores duo, ut basim idè quadratam veline esse, quia quatuor anni tempestates significat; Pollices verò duodecim ex eorum mente denotant lunas seu menses duodecim anni; corpus solem exibet. Crassitatem interpretantur de pectore & lateribus, adduntque res ~~casas~~ vanas prorsùs ac fútiles, & quæ nullatenus possunt ad quidpiam bonum atque honestum pertinere. Por la forma, y fabrica, que tienen y guardan inviolablemente en todas: conviene a saber de 12. pulgadas de alto, 3. de ancho, una de grueso: en lo alto sea la forma a modo de cuello, en el medio tenga a los lados dos agujeros como orejas, el pie sea cuadrado. Dos autores explican que la peafía corresponde a los 4. tiempos del año, por esto es cuadrada; las 12. pulgadas significan las 12. lu-

h h h ij

mas ; el cuerpo al sol : lo grueso a los lados , y otras circunstancias vanas y frivolas que nada conducen para cosa buena y honesta.

Quamvis in aliquo libro ita describatur forma tabellæ non videtur tamen quod inviolabiliter serventur hæ dimensiones ab omnibus ; vidimus enim tabellas alias majores , alias minores , alias latas , alias non largas : eo modo quo lapides sepulcrales Sinenium alii sunt mayores , alii minores , alii quadrati in superiori parte , alii rotundi ; sed demus formam & dimensiones inviolabiliter servari. Cum in tali forma nulla appareat supersticio , aut vana obseruatio ad religionem spectans ; non videmus quare prohibendum sit Christianis jubentibus facere , aut fabris lignariis illam formam ex usu regni facientibus , cum praesupue P. V. numero 7. describens aulam Confucii , concludat : Litterati Christiani dicunt illud idem ferè in toto Imperio Sino- co servari , quod facile sibi persuadebunt , qui cum illa gente versati fuerint ; sciunt enim quanta sit toto Imperio uniformitas in his atque aliis rebus , ut videre est in fabrica ædium earum , in quibus jus dicitur , atque etiam aliarum : dizen letrados Christianos , es lo mesmo plus minusve en toda la China ; a lo qual se persuadiran facilmente los que han vivido en ella , pues saben la uniformidad , que en todo el Imperio se guarda en esta y otras cosas : como se ve en la fabrica de las audiencias , y otros edificios . His quidem verbis

facillimum erit P. V. persuadere, ut non tantam vim faciat in hac figurâ tabellæ, cum & annos aliquos vixerit in Sinis, & probè noverit uniformitatem, quam servant Sinæ fabrique lignarii in conficiendis hisce tabellis, aliaque multa, quæ absque eo quod legant in libris priscas institutiones, ita fieri à prædecessoribus acceperunt. Cùm eniqñ suprà ostenderimus tabellas hæc substitutas fuisse loco cadaveris aut pueruli illius, quem prisci substituebant loco patris aut avi defuncti ; non miror quod tabella figuram quamdam capitum, aurum, colli, pectoris, pedumque præseferre videatur, & ab illis authoribus quos P. V. citat partes hæc assimilentur per allegoriam quatuor anni temporibus, duodecim anni mensibus, soli, lunæ, astris, &c. quæ omnia per similitudinem & allegoriam dicta cùm nullam prorsùs affinitatem habeant cùm cultu Religionis, non video quare P. V. vocet, *vanas y frivolas que no conducen para cosa buena y honesta.* Si tantum illa nobis non videantur frivola & vana, quæ de homine per similitudinem & allegoriam dicta sunt à Sanctis Patribus vel à nostris oratoribus Europæis, ne dicam ab ipsis Sacris Paginis, reliqua verò per similitudinem & allegoriam eandem ab aliis gentibus de homine dicta, aut de ejus substituto vel imagine pronunciata vana & frivola esse jucdicamus, dubium mihi est an hoc laudetur ab Europæis. Habent & Sinæ poetas suos &

h hh iij

oratores non quidem sanctos, sed naturali lumine ac sapientia non penitus destitutos: partitur enim Deus haec sua dona etiam inter gentes, & solem suum oriri facit super bonos & malos.

Horum igitur quae vituperanda vituperemus nos Europaei & quae laudanda laudemus. Si hanc Sinensium similitudinem substituti humani seu tabellae cum quatuor temporibus, astris. &c. Vanam ac frivolam putamus, quamnam esse putemus illam Pythagorae, de quo author ejus vitae dicit, *a Eum ita de hominis fabricâ sensisse ut scripserit omnia quae in mundo majore sunt, etiam in minore id est homine, qui & μικρός τους καὶ θεάστης, esse in mundo res divinas, Deos nempe & quatuor elementa, item bestias & plantas &c.* quam item esse putemus illam Constantini: *b Homo animal dignissimum habet faciem effictam ad similitudinem cœlestis pulchritudinis?* & illam Senecæ, qui nescid quo afflatus numine exclamavit, *c homo est res sacra!* illam quoque Ciceronis illationem cum ait, *d igitur est homini cum Deo cognatio & similitudo!*

Nolumus hic miscere sanctorum Patrum infinitas propemodum similitudines & al-

a Salmas. In epist. etat.

b L. justissimæ ff. de ædilitate l. si quis Cod. de pœnis.

c Sen. ep. 96.

d Cic. l. 5. Tus. quæst.

legorias, quibus non modò hominem, sed alia quoque minora homine cœlo, astrisque assimilant; nec alias tot illustrium virorum in laudem hominis conspirantium similitudines, quorum præclara dicta in unam redigit sententiam Turturetus; homo (aiunt) natura sua animal est mundum, & elegans, honorandum, adorandum: magnum miraculum appellatur, epitome etiam & breve rerum omnium compendium, cum gradus in se contineat inferiores (& quidem eminentiori quodam modo) colligatque in se stirpium, plantarumque vitam, animalium sensum atque motum. Microcosmos etiam cœlestes in se animadvertis conversiones. Cui ratio fulget pro solis face, pro que luna splendet cit sermo. Non enim tanti facimus Sinensium horum quos P. V. citat pronuntiata, ut putemus ea cum nostris sanctorum Patrum sententiis posse competere: sed solum hic indicamus, non omnia quæ ab Ethniciis pronunciantur, eo ipso à nobis vana ac frivola esse putanda, aut ad superstitionem vel vanam observationem reducenda.

Quanta hujusmodi auctores Sinici misteria scribunt de situ & forma ædificii, nec forte desunt qui vana aliqua in suis libris miscent: anne putemus formiam regii palatii, tribunalium reliquarumque domorum mutandam esse, si Rex, præfecti, aut alii Christo nomen daturi, eo quia unus alterve autor in suo libro vana scripsiterit de ritu formaque ædificii. Si igitur optimè novimus ex una parte *La uniformidad que en toda*

el imperio se guarda en éstas, y otras cosas; tómo se ve en la fabrica de las audiencias; y otros edificios; & ex alia parte intelligimus id, quod authores dicunt de forma tabellæ defunctorum nullomodo pertinere ad religio-
nis cultum aut vanam observationem; qua-
re scrupulum Christianis ingeramus & veli-
mus eos contra regni usum & uniformita-
testi, formam aliam tabellarum adinvenire;
cum simus præcipue moraliter certi quod
formam illam non sint mutaturi? & quam-
vis erunt fortè aliqui qui eam mutent erunt
multi, & bona illorum pars qui non mu-
tabunt: cum his quid agemus? hos absolu-
vemus necne? sine ulla necessitate ingessi-
mus illis scrupulos, ac per prohibitionem
rei nec superstitione nec vanæ, ut supra
probatum est, eos in mala fide posuimus;
quia putavimus in illâ formâ tabellarum la-
tere aliquid si non superstitosi, saltem va-
næ observationis: atque adeo & nos, &
fabros lignarios aliosque Christianos scru-
pulis obruemus, & sine ullâ quidem necessi-
tate.

Sexta difficultas: proptet cærimoniam
quæ adhibetur in littera *Chù* scribenda;
nam illi litteræ non apponitur punctum
superius, cum ad sepulturæ locum sole-
niter pergunt: apponitur verò, quando
sunt reversi domum, illudque munera vul-
go deferunt ad virum aliquem primarium
& spectatissimum. Contigit aliquando, ut
quid esset hoc mysterii peterem à litterato
quodam

quodam Christiano, qui à Patribus Societatis divinam legem fuerat edoctus. Ille respondit simul cum tabellâ quæ reducitur, advenire bona & felicitates atque id esse, ad quod alludit littera chû, Por la ceremonia que se haze en escrivir, quando van al entieno; la letra chû sin el puntillo arriba, y ponerle à la buelta en casa, convidando para esto a una de las personas mas graves y principales. Y preguntando yo el misterio a un christiano de la Compania y letrado, me dixo que bolviendo la tablilla venian con ella los bienes y felicidades a lo qual alude la letra chû. Miror quod Christianus ille explicuerit mysterium puncti superadditi in littera alludere ad felicitatem, quæ cum tabella domum revertatur, cum eadem littera sine punto ad non minorem felicitatem alludere videatur. Prima enim Dominum significat in nostris Europæis versionibus seu vocabulariis, aut dominari. Secunda verò Regem, aut regnare; adeoque videtur subitanea fuisse nec præcogitata illius responsio ad P. V. interrogationem. Si autem indagasset originem mysterii, nullum aliud mysterium latere cognovisset in usu litteræ vâm quâ utuntur cum defunctum deferunt ad sepeliendum, quam, quod innuit ipsum dictionarium Sinicum, cum exponit litteræ vâm significata & usus. Inter alios usus ille antiquior est ex xí fā, de quo supra, ortus, ut inscriberetur tabellæ vâm littera cum efficeretur defunctus; nam in

tali functione *ire* significat, & æquivalent
hitteræ *yam* hoc est *ire*.

Quod autem deinde domi addatur punctum, & in chà litteram convertatur, quæ substitutum ac memoriam defuncti, juxta ea, quæ supra diximus, significat, quodque persona ex amicis dignior ac gravior invitetur ad punctum illud inscribendum, hoc non nisi ad solemnitatem, & honorem familiæ spectat: & sicut punctum illud in compositionibus finem periodi indicat, ita & hoc idem punctum hic significat, finem jam esse impositum funebris ritibus defuncti per digniorem personam, dato initio tabellæ pro defuncto ipso substitutæ. Ita omnia puncti mysteria referantur. Ubi tamen puncti usui mixta aliqua superstitiona aut vana per sectarios inveniantur, prudentis ac sapientis missionarii erit illa omnia cathecumensis indicare, & Christianis interdicere relictis duntaxat iis, quæ redolent tantum cultum civilem, aut possunt ad illum reduci Juxta definitionem factæ Congregationis. Si enim hic vellemus omnia & singula declarare quæ de his defunctorum, deque ritibus aliis matrimonij, aut infirmorum, aut recipiendorum hospitum, aut filialis obedientiæ, &c. Et libri Sinici tractant & communia sunt tūm gentilibus, tūm christianis, & distinguere quæ superstitiona sunt nec permittuntur Christianis, ab iis quæ præter politica sunt & permituntur, profectò

permagna à nobis volumina conscribenda essent.

Notandum hīc tamen est, non multum innitendum nobis esse autoritati quorumdam expositorum; qui sectariis adhærent, vel atheismo infecti sunt, nec omnino adhærendum omnibus ac quibuscumque sententiis quæ in libro *Lì Kí* de ritibus extant, sed prudenti selectione opus esse: quamvis enim liber hic in classicis numeretur; tamen, ut ipsi ejus expositores suis locis notant non omnia quæ ibi narrantur priscam fidem habere debent; nam post commune librum incendium, paucā admodum integra priscorum folia de ritibus ab igne evaserunt: unde pars major libri ex iis quæ memoriter quidam retinuerant compacta est. Et quoniam tunc temporis vigebant sectæ, præcipue illa rāo sā dicta & altera Bonziotum, multa inveniuntur in libris *Lì Kí* quæ propria sectarum sunt non autem priscorum; sicuti & multos ibi ritus invenies, qui haec nostra ætate ad usum & praxim nullatenus reducuntur. In usu igitur horum librorum non minus prudentiæ sale quam accuratæ sententiarum selectione utendum est.

Septima difficultas. Propter honorem summum, qui ipsis exhibetur, & cæritatis plorimas quæ circa ipsas solent adhiberi. Quibus pleni sunt libri *Kialy*, & *chu vant chuk*. Textus hic non tefeto, neque enim dubito quin illi P. V. etiam notiores sint quam mihi; eos etiam reliqui Patres noverat

Por la grande veneracion en que las tienen , y muchas ceremonias que hazen con ellas. De que esta lleno el Kiālì , e chū vân cùm , las quales aqui no pongo , porque assiento las sabra V. P. mejor que yo , y no las ignoran los de mas RR. PP. quoniam nihil hic speciale adducit P. V. ideo nos aliis multis, ut ait, cærimoniiis, quas Sinæ faciunt erga tabellas defunctorum, nullam specialem responsonem dare possumus, nisi illam sacrae Congregationis : *Quæ redolent tantum cultum civilem aut possunt ad illum reduci permitti posse.* Patres enim Societatis nunquam permiserunt Christianis cærimonias , sive multas , sive paucas nisi suas politicas , non autem superstitiones. Quoad venerationem autem dico hanc fieri tabellæ tanquam substituto defuncti vicem gerenti ; quia Sinæ in signum obedientiæ parentibus debitæ , & in exemplum suorum filiorum , ut & filij doceantur exemplo ipsis obedire , defunctos suos parentes eo modo honorant , quo modo honorabant dum viverent ; & quamvis Europæis quibusdam videatur nimia hæc Sinensium veneratione erga parentes : tamen consideratâ gentis hujuscæ vitâ non est nimia , aut vitiosa , sed juxta civilem Sinensium ritum. Ad octavum , an cærimoniae Confucianæ fuerint à primæva institutione suâ superstitiones ? ratio dubitandi petitur ab iis quæ hac de re suprà dicta sunt. Si las ceremonias hechas al Confucio de su primera institucion son supersticiones ? la razon de dudar , es la

que se traxo arriba deste punto. Respondeo cæ-
rimoniae & ritus Litteratorum erga Confu-
cium sunt ex institutione suâ merè politicæ,
Hodieq; quo ad substantialia perseverant eo-
dem modo. Rationes quibus hæc conclusio
probatur ex supra dictis constant :

Ad Nonum. An cærimoniae illæ Confu-
cianæ de quibus suprà , prorsùs eadem sint,
ac illæ cærimoniae atque urbanitatis officia,
quæ discipuli solent erga magistros suos
vivos adhibere ? ratio dubitandi sumitur ab
usu communi earum cærimoniarum , quas
adhiberi videmus , & quæ sanè diversissi-
mæ sunt. *Si las dichas ceremonias , son solo ce-
remorias y cortesías , que los discípulos hazen à
sus maestros vivos ? la razon de dudar tomasse del
uso commun de las cortesías , que Vemos se pra-
tican què son differentissimas.*

Facienda est distinctio tūm cærimonia-
rum , tūm præceptorum , tūm temporum ;
aliæ enim sunt cærimoniae , quæ ordinatio
fiunt à discipulis suis præceptoribus ; &
præcipue cum præceptor diem sui natalis
solemniter celebrat , aut cùm præceptor
diem obit : tunc enim & candelas , & ar-
gentum , & odores & munera offerunt
& epitaphiis & musicâ & genuflexionibus
& conviviis præceptorem discipuli hono-
rant , sive vivuum , sive mortuum. Atten-
denda item qualitas præceptorum. Quod
enim horum dignitas , & merita majora
sunt , eò sunt munera majora atque hono-
ratoria , & majori cum solemnitate festiva,

natalitia , aut funebria celebrantur. Cum itaque Confucius sit totius regni magister, ejusque qualitas & merita longè superent reliquorum Præceptorum merita : nihil mirum si omnes litterati ejus discipuli solemnioribus cærimonias bis in anno politice colant defunctum Regni magistrum. Adeo quod , ut supra diximus , quæ hodie sunt à litteratis , cœpta sunt fieri à die obitus Confucij , præcipue quantum spectat ad oblationem munerum , quam oblationem P. V. vocat sacrificium . n. 16. Post Confucij mortem ejus discipuli... nullum tempus intermittebat , quin SACRIFICIA statutis diebus ante illius sepulchrum piè ac reverenter offerrent. Atque ibi litterati de ipsis præceptis ac documentis disserebant , agitabantque convivia... Obtinuit ista consuetudō per annos 200. Imperator Kao cum ad ejus sepulchrum forte transiret , tauros ei & vaccas obtulit.... Exinde factum est , ut Imperatores consecuti Confucij sepulchrum majorum in dies honorum incrementis vulgo celebrarent , quod idem à Præfectis Litteratisque factitatum. Muerto el Confucio sus discípulos &c. Sin Intermission alguna ante el sepulcro del Confucio , ofrecian a sus tiempos con reverencia SACRIFICIOS , y alli los letrados disputavan sus doctrinas haciendo combates , &c. todo esto se continuó 200. años &c. El Emperador Kao passando por este sepulcro le ofrecio toros y vacas &c. Et n. 17. despues acha regular y ordinariamente han ido todos los demas

honrando siempre el sepulcro de este hombre y los prefectos y letrados de la misma manera &c.

Uſus igitur cærimoniarum hujus nostræ ætatis erga magistros vivos , si fiat debita distinctio , tum cærimoniarum tūm temporum , tūm qualitatis præceptorum non sunt quoad substantialia differentes ab iis quæ fiunt in aulâ Confucij ; neque eæ quæ modò fiunt in dictâ aulâ à litteratis , differunt qd iis quæ olim discipuli , aut Imperatores faciebant præceptoris Confucio defuncto.

Ad Confirmationem quam P. V. hoc loco adducit §. 29. ex paritate rationis arguens. Missionarij & Christiani ut impugnent eam cærimoniam superstitionis , quâ infideles papyros cremant in honorem defunctorum , hoc adhibere argumentum solent , quod etiam typis mandatum est : cum parentes vestri viverent , papyros ante ipsos non cremabatis , quod si fecissetis , ipsorum narcs opplevissetis fumo , ac proinde non tam ad honorem , quam ad opprobrium ac derisum visa esset ista crematio pertinere. Igitur neque eam erga defunctos usurpare decet , quibus eundem cultum adhibere vultis , ac si viverent. Quod idem dici potest de iis , quæ supra scripsimus. Para impugnar los ministros y Christianos la ceremonia supersticiosa de quemar papel a los difuntos usan detta razon , la qual tambien esta impressa , à vuestros Padres vivos no quemais papel , que fuera darles humo de narizes , que no solo no fuera honrarlos , sino que fuera affrentarlos , y hazer escarnio dellos:

Luego tan poco lo haueis de hazer con los distuntos,
a quienes honrais, como si estuvieran vivos. La
misma razon se puede formar de lo que queda
escrito.

Ad hanc, inquam, confirmationem, respondeo videri nobis P. V. aliquid hic supponere, quod esset probandum non enim apparet *De lo que queda escrito*, quid velit P. V. contra argumentum nostrum typis mandatum (ab iis Missionis Patribus de quibus n. 36. ait : Fuisse missionis hujus operarios antiquos, atque in libris & institutis Sinicis cognoscendis multum diligenterque versatos, &c. *Ministros antiguos mas cocidos y persados en los libros Sinicos y sus Costumbres &c.*) inferre quod sit deductum ex paritate rationis. Cum plura supra scripsit P. V. &c in unum miscuerit, ea quae permittuntur Christianis à Patribus Societatis, ut sunt ritus politici, & ea quae non permittuntur, ut sunt ritus superstitionis; cum probè sciant Christiani, neque spiritum Confucij in aulâ, aut tabellâ neque aliorum defunctorum spiritus in suis tabellis memorativis assistere; suprà denique probatum sit & in expositione libri *Chü yün fusiùs* probetur, Sinenses communiter honorare suos defunctos eo modo quo hos honorabant cum superstites essent: quibus nullo modo regulariter loquendo, massas papyraceas in honorem ac cultum civilem cremabant: non apparet, in quam, in quo fundetur contra nos, & libros nostros partitas.

ritas rationis. Cum hanc P. V. clariū ex-
plicabit, clarioꝝ quoque dabitur responsioꝝ
Interim ex iis quæ suprā à nobis dicta sunt
poterit colligere rationis disparitatem. Unum
hic addendum puto, hoc ipsum quod P. V.
fatetur, Patres videlicet nostros prædecesso-
res & ipsos Christianos, Litteratos & non
Litteratos, passim uti contra Gentiles pa-
ritate illâ fundatâ in illo Priscorum textu
ſū ſù jū ſū ſeñ, serviendum obsequendamque
defunctis, eo modò quo serviebatur illis, cum
ad huc viverent. Sed vivis parentibus non cre-
mabatis in eorum cultum massas papyra-
ceas à sectariis introductas, quin immò si
cremavissetis dehonoravissetis potius eos
quam in honore habuissetis; ergo neque
erga illos jam defunctos ritus hic à vobis
exercendus est. Hoc ipsum, ut dicebam,
quod P. V. fatetur tales ac tantos viros non
modò Europæos, sed Sinenses quoque, &
hos magni nominis Litteratos Christianos
uti solitos hac paritate contra Litteratos
Gentiles, manifestè ostendit tūm vim mag-
nam paritatis, tum Conceptum commu-
nem Sinensium in hoc conspirare, ut velint
sententiam illam priscorum ſū ſù jū ſū ſeñ,
intelligi modo illo jàm explicato, & illis
regulam esse ac Principium fundamentale
omnis ritus civilis erga defunctos. Nam si
hoc non ita effet, neque Patres illi Socie-
tatis, Ministros antiquos muy Coçidos y versados
en los Libros Sinicos y sus Costumbres, typis
mandassent hanc paritatem in textu pris-

k k k

corum fundatam ; neque ipsi Litterati Christiani auderent contra litteratos Gentiles illâ passim uti : quia periculum esset ne Litterati Gentiles statim ac paritatem audiarent , ejusque Principium in quo fundatur , in medium adducerent ad infringendam vim argumenti , quorundam Atheorum autoritates , illam præcipue quam P. V. contra nos adducit num. 41. cum ait : Tertiò Chù çù lib. 23. Philosophiæ Sinicæ , quæ dicitur Sim-ly ta civen fol. 39. quæstionem hanc proponit : filii quando sacrificant parentibus , aut avis suis defunctis , certè in iis aerem suum exquirunt , (id est eos speciant ut rem prorsùs eamdem cum aëre , quem ipsi habent.) Cum verò sacrificant spiritibus aliarum personarum vel rerum , quæritur quomodo id fiat ? Sperantne , annon , eos spiritus iis sacrificiis adfuturos atque ea admissuros ? Respondet filios certè substantiam aliquam eamque planè immutabilem cum suis parentibus atque avis communem habere : cum verò aliis personis rebusque sacrificant , esse etiam alias titulos quibus ipsis debeant sacrificare , unde ait Confucius : Sacrificate vestris progenitoribus defunctis eodem planè modo , ac si viverent , atque adessent præsentes . Lo 3º. el Chù çù lib. 23. de la Philosophia llamada Sim Littâ C'ivén fol. 39. haze esta pregunta: los hijos quando sacrifican a sus Padres y Abuelos difuntos , es cierto , que los buscan por el ayre de sy mismos (esto es los consideran como una misma cosa con el ayre que tienen

en sy) quando sacrifican a los spiritus de otra persona o cosas, entonces como se hace esto? Es por ventura que vengan a^e recibir los sacrificios o no? responde, que los hijos tienen sin duda alguna la misma sustancia immutable con sus padres y Abuelos. Quando sacrifican a otras personas o cosas, estas tambien son, a quien deveth por algun titulo sacrificar. Por onde dice el Confucio: Sacrificad a vuestros padres como si estuvieran presentes, &c.

Quâ authoritate nisi utique probe respondere possent Christianis litteratis hoc modo; quid aliud sunt spiritus defunctorum nisi aer? Clemens papyrum in honorem aëris, non quidem para darles humum de Marizes. Nares enim non habet aer, sed ipso fumo papyri colendum putamus aërem, quia fumus quam proxime ad aëris naturam accedit, perque simile simile honoramus: At enim ullus unquam litteratorum Gentilium contra litteratos Christians ausus est aerea illa expositione uti; quam P. V. ex Philosophia Sinensi receptam intra Parenthesim claudit, id est eos spectant, ut rem protus eamdem cum aere quem ipsis habent. Esto es, los consideran como una Cosa con et ayre que tienen en sy, quod est signum litteratos Sinenses aliam significacionem ac sensum dare litteræ, k^e, quando illa titubetur ad spiritus denotandos, aliam quando aërem hunc materialem indicare volunt: sicut & nos Latini per vocem illam, spiritus, aliud significamus;

kkk ij

cum de Angelis loquimur, aliud cum de ventis aut spiritibus vitalibus. Hanc nos quæstionem fusius in expositione Libri Chūm yām agitamus.

Quam autem vim habuerit paritas nostra apud Litteratos ad pauci pendendos ritus, & figmenta quæ Bonzii & horum Sectatores aut affines Sectarii politicis ritibus admiscuerunt, nos ac nostri Prædecessores experti sumus; si P. V. nondum tantam vim experta est, illo novo argumen-
to non utatur: nam contingit sæpius ut unum argumentum uni vim faciat quam alteri non facit, & in aliquâ circunstantiâ vim magnam habet argumentum ad parti-
cularem aliquam conclusionem evincen-
dam, quam forte non haberet in aliis cir-
cumstantiis, vel ad alias probandas con-
clusiones, nisi aliæ associarentur rationes,
liberæ enim sunt cogitationes hominum,
& argumentorum usus.

30. Ad 10. An ex hypothesi, quod iis quæ retulimus, insit aliqua supersticio, possit ullo pacto permitti Christianis Litteratis, ut ejusmodi cærimonias interfint vel etiam ministrent? Dubitandi rationes eæferè sunt, quas in simili casu affert P. Suárez l. 7. contra Regem Angl. c. 9. Si dada caso, que lo ya dicho sea supersticion habrá al-
gun camino para permitir a los Christianos as-
sistir o ministren en tales ceremonias. Las razo-
nes de dudar son todas las que in simili casu trahe-
rá P. Suárez lib. 7. contra Regem Anglia c. 9.

Quæ supra dicta sunt clarè ostendunt quam dissimilis sit casus de quo agit P. Suarez loco citato , à nostro casu Confuci , quem ut Regni Magistrum Sinæ Politicè venerantur. Ex distinctione item , claræ que narratione eorum , quæ permittuntur Christianis à Patribus Societatis , & eorum quæ non permittuntur; Denique ex Decretis Sacrae Congregationis quæ nobis regula esse debent , patet via , & quidem tutissima ; nec judicandum est latuisse Romanos Theologos , ipsamque Sacram Congregationem ea quæ Suarez adducit contra Regem Angliæ.

RESPONSIO AD REFLEXIONES.

31. His omnibus opponi solet argumentum desumptum ab exemplo Elisæi , qui Naaman Syro 4. Reg. cap. 5. v. 29. condonavit ut ingredieretur cum suo Rege in templum idoli Remmon. *Vade in pace* , inquit Elisæus , id est , hoc tutâ conscientiâ facere potes , modò consilium non habeas idoli ipsius adorandi &c. ad istud argumentum ita respondet Becanus : adoratio Naaman &c. Contra todo esto se suele hazer un argumento tomado del exemplo de Eliseo , que aprobo el entrar Naaman Siro con su Rey en el templo Remmon : *Vade in pace* le dixo : 4. Reg. c. 5. vers. 29. fue dezir con buena conciencia la puedes hazer , fino tienes animo de adorar al idolo &c. A este argumento responde el P. Becan .

kkk iii

ne lib. 5. controv. c. 5. as. Adoratio Naaman Syri non fuit cérémonia religiosa, sed politica & licita: non enim flectebat genua in templo Remmon, ut coleret idolum; sed ut Regi suo præstaret servitium.

Hæc Recani responsio mirifice nobis favet; si enim in templo idoli licita fuit adoratio Nāaman politica, quia non animo collendi idolum genua flectebat, sed ut Regi suo præstaret servitium politicum (casus de quo agit Suarius contra Regem Angliæ; contra Becanum potius vim habet quam contra nos) quantò magis licebit Sinensibus litteratis non in templo idoli, sed in aulâ literariâ cultum politicum præstare magistro suo Confuciō? eo modo quo in aulâ Galliarum Regis cultum politicum per oblationem dapum regiarum aliasque cérémonias exhibent Galli defuncto Principi. Quod autem Confucitus in Siniis norolatur tanquam idolum jam supra probavimus.

Ad Confirmationem quam hic adducit P. V. cum ait: Confirmatur etiam exempli Jehu, qui finxit velle se sacrificium offerre idolo Baal; ut nimirum haberet occasionem ejus Sacerdotes omnes interficiendi. 4. Reg. c. 10. v. 19. quod factum est alii probare visus est Deus, quando quidem dixit v. 30. studiosè regist; &c. ad hanc confirmationem idem Becanus ita respondet a. P. quia Jehu &c. Confirmasse conloc de Jehu; et qual singul querer sacrificia ad idolo Baal parat.

gener occasion de matar sus Sacerdotes 4. Reg. 10.
v. 19. lo qual aproba Dios pues le dixo , studiosè
egisti quod accepsum erat , & placebat in oculis
meis v. 30. &c.. A la confirmacion responde el
mesmo asi : 1. quia Jehu per illam simulationem
verè peccavit, ut docet divus Augustinus lib. contra
mend. cap. 1. &c. nec verum est quod Deus illam
approbaverit , sed solum laudavit factum Jehu, in
eo quod omnes Sacerdotes Baal occiderit &c. ut
ex contextu patet.

In primis in cætu quem nuper habuimus
mense januario anni 1668. nemo ex nostris
adduxit hanc paritatem Jehu fingentis se
velle offerre sacrificium ; non enim facit ad
casum nostrum ; adeoque quidquid sit , an
Jehu simulando peccaverit & an Deus ap-
probaverit simulationem hanc , vel solum
laudaverit factum Jehu in eo quod occide-
rit Sacerdotes Baal , hanc decisionem scrip-
turiis relinquendam putamus : nihil in-
terim contra nos ; nostri namque Christiani
neque sacrificant , neque simulant se sacri-
ficare idolis : neque munera quæ politicè
offeruntur magistro Confucio à præfectis
litteratis , aut ea quæ à populo Sinensi bis
in anno offeruntur proavis defunctis , par-
ticipant rationem ullam sacrificij ; nec ipse
Confucius rationem idoli ut patet ex su-
pradicis. An velimus gratis & per vim con-
stituere Confucium in numero idolorum
à Sinis ponitur in numero virotum illu-
strium & in ea classe in qua sunt *yao xién*,
jeò piun y yn , cæterique similes virtute,

doctrinâ, ac dignitate illustres: qui uti nunquam antea p'ù sā, hoc est, idola reputati sunt, ita nec nostrâ hac ætate à quopiam idola existimantur. Confucius apud Sinas colitur ac existimatur totius regni magister. Relinquamus ergo Europæi, Sinas cultum deferre politicum magistro suo. Quid enim de viro hoc dicitur aut egisse aut scripsisse, quod sit recto lumini naturali disforme? Exponantur ejus libri, legatur vita, quam discipuli conscripserunt (vixit ille tot cētenis ante Christum annis) & inde colligi potest an doctrina quam posteris reliquit, cui & ipse mores vitamque suam conformabat, possit nobis Europæis fundatum aliquod præbere certò judicandi, eum fuisse æternis flammis addictum: sicuti nos inde judicare certò possumus, ejus spiritum ad beatorum sedes avolasse cum Sanctis Patriarchis, qui in Limbo ante Christi Incarnationem detinebantur. Hæc igitur Divinæ Sapientiæ & inscrutabilibus Dei judiciis relinquenda potius quam à nobis perscrutanda, multoque minus statuenda esse judicamus.

32. Aliud argumentum & ad hanc & ad alias res generatim pertinens desumitur ab eo quod scripsit. Sanctus Gregorius Papa ad Sanctum Augustinum Episcopum à se missum in Angliam. Refertur à Patre Ribadeneira in ipsius Gregorii festo. Unde infertur dissimulari in regno Sinenſi debere multas res non bonas, &c. Respondeo

deo 19. Sanctorum dieta ac documenta se-
quenda esse, scilicet quantum fieri potest,
atque ipsa ratio patitur. 20. Bonifacius Le-
garus in Germaniam multa consilii capiendo
causa rebulit ad Zachariam Papam, atque
illud inter cetera, An permitti debeat, quod
Giovanni dicunt Roma ficitari ad kalendas Fa-
nuniarum festo Cathedrae Sancti Petri? Cui res-
pondit summus Pontifex; de kalendis ve-
rò, &c. Otra argumento universal se haze para
ellos y otros puntos. Tomasso de lo, que S. Gre-
gonio Papa escrivio. A S. Augustin Obispo embia-
do por el Santa à Inglaterra: trahido el P. Ri-
bedeneyra en su fiesta. De donde parece se figue
deverse dissimular muchas cosas, no buenas en
Chinas. Obr. Lo 1º: que lo que los Santos dizen
y enseyan se ha de hacer en quanto se padece,
y hay razón. La 2º. Bonifacio legado en Germa-
nia entre das cosas que consulto al Papa Zaa-
carius: si lo que los germanos dezian se
hazia en Roma en la fiesta de la cathedra de
S. Pedro a las calendas de Henero lo havia de per-
mitir? Respondele el Papa: de calendis vero ja-
nnariis, vel cœteris auguriis, vel aliis diversis
observationibus, qua gentili errore observari di-
xisti, apud Beatum Petrum Apostolum, & in urbe
Romana hoc a nobis, & ab omnibus Christianis
detestabile & perniciosum esse judicamus dicente
Domino: non auguremini, nec observabitis som-
nia: ita & a nobis cavendum esse censemus, ut
nullis auguriis, & observationibus attendamus:
quia omnia hac absissa a Patribus sumus edoti,
& quia per instigationem diaboli iterum repulsi

labant, a die quâ nos jussit divina clementia Apostoli vicem gerere, illico bac amputavimus: pari etiam modo volumus tuam Sanctitatem populis tibi subditis pradicare atque ad viam aeternam vita perducere. Patet illud, quod de Sancto Gregorio refertur, non intelligi tam latro sensu debere, ut duorum Pontificum responsa contraria esse videantur. Loquitur itaque Sanctus Gregorius de iis pravis mortibus, qui possunt tolerari. Vese claro, que lo que se refiere de San Gregorio, no se ha de entender tan largamente, que se vengan a opponer los dos Pontifices. Habla pues S. Gregorio de malas costumbres, que se pueden tolerar, &c.

Respondeo in primis rogando Paternitatem vestram, ut dignetur nobis exponere verba illa: de donde se sigue deverso dissimular muchas cosas no buenas en China, exponere inquam dignetur, unde nam colligat hanc sequelam? Si ex verbis divi Gregorii & in illo sensu quo eas P. V. accipit, videlicet: Lo que se refiere de S. Gregorio no se ha de entender tan largamente, &c. Habla pues S. Gregorio de malas costumbres, que se pueden tolerar. Hæc sequela favet non modò nobis, sed & ipsi Sacrae Congregationi, contra quam potius vim haberet quam contra nos; non enim nos dissimulamus in Christianis Sinensibus cosas no buenas, superstitiones aut idolatriam, &c. Sed ea tantum toleramus, quæ ipsa Sacra Congregatio censuit posse tolerari.

Cum reliquis verbis supra citatis si autem P. V. velit sequelam suam ad rem hic adductam esse, adeoque contra nos præcipue habere vim, non autem contra ipsam Sacram Congregationem, quasi nos hinc dissimulemus, & toleremus, non quidem illos malos mores, de quibus D. Gregorius loquitur se *pueden tolerar*, sed alios malos mores, qui nullo modo tolerari possunt, ut sunt superstitiones & idololatriæ; sequela hæc P. V. ita, & inde deducta coincidit cum sequelâ, quam contra Patres Societatis Missionis Sinicæ deduxerunt Jansenistæ in Gallia, de qua supra mentionem fecimus, & idem fundamentum omnino nullum habere videtur, quod nullum habuerunt Jansenistæ. Deberet P. V. prius clare exponere in quoniam fundetur hæc sequela contra nos, & rationibus, non autem suppositionibus nullo fundamento innixis probare; nos hinc dissimulare *muchas cosas no buenas*; alias ab iis de quibus loquitur D. Gregorius, & quas modò tolerandas censuit Alexander VII. absque eo quod nostræ ætatis Pontifex opponeretur divo Gregorio, & tunc quidem sequela P. V. vim haberet.

Respondeo 2. Rerorquendo argumentum: ad instantiam Reverendi P. F. Joan. Baptistæ de Moralez Sacri Ordinis D. Dominici Innocentius X. aliqua statuit, quæ videntur opponi iis quæ deinde statuit Alexander VII. ad instantiam Patris Mar-

gni de Martinis Societate. J E S U. Et hæc quidem, quæ videntur opposita statuta. Velsantur circa eandem rem & eundem propositum Sinenfium erga Confucium aut etiam functos: ergo ut opponantur isti duo Pontifices dicet quis transacto annorum sæculo, ex Missionariis Sinenibus, qui forte nesciens tunc circumstantias, & causas oppositionis Decretorum, impingat in Decretum Innocentii X. Arguendo simili modo quo nunc P. V. arguit: patet illud quod jubetur in Alexandri VII. Decreto non intelligi tam lato sensu debere, ut duorum Pontificum responsa contraria sint. *Vese claro*, que lo que refiere en su Decreto Alejandro VII. no se ha de entender tan largamente que se vengan a oponer los dos Pontifices. Atque adeo concluderet, standum esse decreto Innocentii X. strictiori, & excommunicationem fulminanti, &c. Quam huic P. V. daret responsonem, sibi quoque tribuat.

Respondeo 3. Non minus spectare ad P. V. concordare pontifices illos, quam ad nos spectet: quia non minus urgent P. V. concilia ac verba D. Gregorii, quæ nobis favent, & in quo uno Pontifice & Doctorem Ecclesiæ habemus, & auctoritatem Pontificiam, quam urgeant nos verba Pontificis Zachariæ, quæ nobis non adversantur, sed Germaniæ Missionariis, si qui forte erant tunc temporis permittentes auguria & observationes superstitiosas: Societas enim nostra in Sinis ea duntaxat permittit, quæ

redolent cultum civilem , aut ad illum reduci possunt , juxta definitionem Sacrae Congregationis:

R. 4. posse facile concordari Pontifices: ut autem clarius appareat concordantia , subdemus hic verba ipsa , quæ in vita divi Gregorij fol. 241. refert P. Ribadeneiræ: **Concilium Romæ celebravit** , in quo multos abusus abrogavit , plurimaque statuit valde salutaria ; atque ad obsequium divinum & fidelium piam ædificationem pertinentia..... Augustinum instituit Archidiscopum , eique pallium dignitatis insigne misit : jussit etiam ut in Kantensi suâ Metropoli duodecim consecraret Episcopos; deinde ne profana Gentilium templa dirueret ; sed ut eadem Iustralibus & sacris undis expiata vivo veroque Deo consecraret. Paulatim quoque Religionis christianæ sementem fieri voluit idem sanctus Pontifex , vetuitque ne statim primo imperio radicis omnes omnino pravos mores Augustinus extirparet , jussit aliquos tantisper dissimulando toleraret , donec ea novalia ad falcem patiendam radices egissent , neque jam foret timendum , ne penitus evellerentur , si forte quis contradictionis aut novitatis ventus insurgeret. Præterea suasit Augustino , ne se totum unius Ecclesiæ Romanæ ritibus addiceret , sic ut religioni sibi duceret ab iis non nihil discedere ; itaque undique quod ad illam Anglicanam Ecclesiam excolendam facere putaret , seli-

geret, hominumque affectibus & necessitatibus aliquid daret quo sie omnibus omnia factus omnes lucraretur. Cujus rei causam his quoque verbis expressit. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Multa alia præcepta ac documenta Gregorius Augustino dedit, atque ejus sociis, quos postea Deus ad varia eaque præclara miracula patranda saepius adhibuit. Hizo un concilio en Roma, y en el quito muchos abusos, y ordeno muchas cosas saludables y provechosas para servicio de Dios, y edificacion de los fieles &c. Deinde folio 245. addit: mando que Agostino se ordenasse de Arcobispo, y embiole el pallio, y que en su Metropoli de Cantia ordenasse 12. obisplos, y que no destruyesse los templos de los gentiles, si no que los purificasse con aqua bendita, y los consagrassse a Dios vivo y verdadero. Mandole asimismo que fuese introduciendo poco a poco la religion Christiana en aquella tierra, y no desarraygasse de golpe algunas malas costumbres, que se podian tolerar, antes dissimulasse y passasse por algunas, hasta que aquella nueva planta tuviesser mas fuerzas, y no corriesse peligro de arrancarsse con qualquiera viento de contradiccion o novedad. Y no menos le encarga, que no se atasse a los usos, que avia visto en la Iglesia Romana, sino que tomasse de todas partes lo que conforme a la disposicion y necessidad de Inglaterra juzgasse que mas le havia de aprobar. Y atende la razion non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Porque no por el lugar se han de amar las cosas

finó pot ser buenas las cosas se han de amar los lugares, Otros muchos documentos y preceptos dio S. Gregorio a Agostino, y a sus compañeros por los quales Dios dió muchos grandes o milagros.

Ex his clare constat concordare Pontifices in eo, quod ambo Romanos abusus tollerent: in eo tamen quod terrarum à se remotarum, & quæ sub Principum sacerdotalium dominio essent, in quibus vim nullam coactivam habebant, quamvis primæ facie videantur non concordare in consiliis, aut præceptis datis legatis suis, tamen si ex historiis Ecclesiasticis, quibus hic caverimus, distinguas tempora, loca, res & circumstantias, facile concordabis?

Præterquam quod ex verbis illis Zachariæ Pontificis ad Legatum Germaniæ Bonifacium, videlicet, Parte enim modo volumus tuam sanctitatem populo tibi subditis prædicare atque ad viam æternæ vite perducere, ex his verbis, itiquam, manifestissimè est, prædicationem inculcati: ad quā, quia ad persuadendum Germanis ut abstinerent ab observationibus & auguriis, & ad evitandos tumultus, aliaque incommoda, non præcepta mina, quæ eos statim obstringerent, sed spatio temporum erant necessaria, prudentiæ ac doctrinæ ipsius Bonifacij committi totum negotium à Pontifice videbatur. Ex quo non sequitur quod ipse Bonifacius acceptis litteris Pontificis statim primo impetu radicatus aliquos pravos mo-

res extirpaverit, qui poterant tolerari, contraria videtur probabile eum tantisper dissimilasse cum aliquibus, donec ea novalia radices egissent firmiores &c. Desarraygasse de golpe algunas malas costumbres, que se podian tolerar, avies (probabile videtur) dissimilasse y passasse por algunas, basta que aquella planta tuviesser mas fuerça &c. Ut præceperat D. Gregorius suo Augustino in Angliam missis; atque eo modo non opponuntur Pontifices.

Eodem quoque modo P. V. conciliare poterit ea quæ contra nos adducit ex Concil. Basil. sect. 29. videlicet: Prohibeatur & iis Neophytiis sub gravioribus poenis, ne mortuos more Iudaorum sepeliant, aut sabbata, aliasque solemnitates & antiquæ secta ritus quoquomodo observent, &c. & in omnibus se Christianorum ritibus conformes reddant: Itaque si Concilium neque permittit, neque etiam tolerat ea quæ dicta sunt, quomodo potuit velle S. Gregorius, ut res ejusmodi permitterentur? Donde el concilio ni aun lo dicho permite ni tolera, como puede S. Gregorio querer se permitan cosas semejantes! hæc inquam conciliare poterit cum verbis divi Gregorij, ubi dicitur: Prætereà suasit, ne se totu unius Ecclesiæ Romanae ritibus addiceret &c, ut suprà pag. No menos le encargo, que no se atasse a los usos que havia visto en la Iglesia Romana, sino que tomasse de todas partes lo que conforme à la disposicion, y necessidad de Inglaterra juzgasse, que mas le podia aproyuchar. Atque etiam cum verbis

sacrae

Sacrae Congregationis sub Alexando VII.
 ubi ait, *Posse tolerari, Sinas conversos adhibere
 dictas ceremonias erga suos defunctos etiam cum
 gentilibus, sublatis tamen superstitionis: posse etiam
 assistere tantum cum gentilibus quando agunt su-
 perstitione, presertim facta fidei protestatione &c.*
 Nam P. V. nisi haec omnia conciliet, non
 contra nos inuehi videtur illis verbis: (*Et
 in omnibus se Christianorum ritibus Conformes
 reddant. Donde el concilio ni aun lo dicho per-
 mite ni tolera, como puede S. Gregorio querer se
 permittan cosas semejantes.*) Sed contra divum
 Gregorium & contra ipsam sacram Con-
 gregationem: nos enim non nisi ea quæ sa-
 cra Congregatio tolerat aut permittit, per-
 mittimus, aut toleramus. Si vero putet,
 nos permettere superstitione vel idololatrica
 cum ait: *como puede S. Gregorio querer se per-
 mittan cosas semejantes!* Ea Paternitas vestra
 in medium adducat claris & non æquivo-
 cis verbis, & tunc non contra sanctam
 Congregationem sed contra nos disputabit
 & hinc inde rationibus discussis principem
 locum veritas obtinebit, & nostræ huic Si-
 nicæ Missioni fama restaurabitur.

33. Magis ad rem præsentem facit argu-
 mentum à viro gravissimo ex iis, qui no-
 biscum erant eadem domo conclusi, pro-
 positum eo ipso die, quo hac de re differere
 sum aggressus. Sic enim colligebat: *imago
 Appollinis visitur in quodam Italiæ templo,
 quid igitur refert, si imago Confucij in loco
 supradicto servetur?* &c. *Mas à nuestro inten-*

m m m

yo hizo un argumento de una persona mas grave
de casa el dia , que yo toque este punto. Dixo pues,
que la imagen de Apollo estaba en un templo de
Italia , luego que este la imagen del Confucio en
el lugar sobredicho ; que importa ? &c. Vir iste
gravis , qui hic appellatur , fuit P. Joan.
Franciscus de Ferrariis , qui pro se nominata
tim hoc respondet : non fideliter , inquit , hic
R. P. F. Dominicus de Navarrette refert historiam
nam Pater Franciscus Brancatus & ego in cœtu
nuper habui diximus , non quidem Apollinis ,
sed Philosophi Plinii extare statuam in anteriori
superliminari templi maximi civitatis comensis :
gloriantur enim Cives Comenses de tanto viro
concive suo , sicut Sina de suo Confucio : de qua re
audivi Patrem Antonium Rubinum Macai nar-
rantem , cum de iis rebus ibi ageretur , de quibus
hic nunc agitur , representatum fuisse Sancto Ca-
rolo Borromaeo Mediolanensi Archiepiscopo , ut il-
lam Plinii secundi statuam ex comensi templo tolli
juberet eo quod indecens videretur , Ethnici Philo-
sophi statuam supra Christiani templi limen erec-
tam stare , qui respondit statuam illam nihil obsta-
re templi Sanctitati , cum nihil aliud esset , quam
memoria quadam tanti Philosophi comensibus eti-
mibus gloriofa : quare dictus R. P. F. Navarretus
non videtur apte respondere comparando statuam
illam cum demonum imaginibus.

Hactenus P. de Ferrariis. Sed pergamus.
Ego ad hujus argumenti confirmationem
hæc adderem : imago daemonis habetur in
multis Ecclesiæ Catholicae templis ac Sanc-
tuariis ; quippe in templis S. Michaeli

dicatis habetur pariter imago diaboli
 Quid ergo vetet haberi Confucii imaginem
 in prædicto loco? Respondeo non fieri
 præcisè & absolutè vim in eo quod ha-
 beantur prædictæ imagines, sed in modo
 quo haberit eas suprà diximus. To confirmara
 este argumento, y añadiera, la imagen del De-
 monio está en muchos templos, y Sanctuarios de
 la Iglesia que donde hay templo de S. Miguel hay
 tambien la imagen del Demonio, &c. Luego que
 importa este la del Confucio en el lugar dicho!
 Be. Que no se haze fuerça en el estar absolutamen-
 te Sino de estar del modo que queda di-
 cho arriba.

Multa hic dicenda essent super illa verba
 P. V. To confirmará este argumento, y añadiéra,
 la Imagen del demonio está en muchos tem-
 plos, &c. Luego que importa este la del Confucio
 en el lugar dicho! Non enim nos latet, ali-
 quos olim publicasse in Sinis Confucium
 esse æternis flammis addictum, adeoque
 parvi pendendum, conculcandumque à
 Christianis Sinensibus. Sed quanto cum
 fundamento ac prudentiâ id statuerint de
 viro hoc, qui multis annorum sæculis an-
 te Christum natum vixit, cujusque posteris
 relicta doctrina recto lumini naturali non
 adversatur, judicent ji, ad quorum manus
 tanti Philosophi exposita volumina perve-
 nerint. Quanto item cum animarum luctu
 similia de viro hoc Sinensibus quidam olim
 publicarint, eventus non pauci, & publi-
 cationi Evangelii haud quaquam favoraq
 m m m ij

biles ostenderunt. At quoniam hic non nisi unionem non modò sententiarum, sed animorum quoque pacemque religiosam, quæ stricto vinculo charitatis semper inter nos maneat, procuramus, non hic vetera refri-
cate juvat.

Hoc unum tamen miratur, quod scili-
cket P. V. dictis aliquibus, quæ forte animi
causa in cœtu nostro prolatæ fuerunt, tan-
tum vim inesse velit, ut dignetur illa
scripto referre, & comparatione factâ Dæ-
monis cum Confucio contra nos retorque-
re. Adeoque videtur ex verbo joco cap-
tasse ansam ad seriam illam quæstionem
exagrandam, an videlicet Confucius pu-
blicandus sit Sinensibus tanquam Daemon,
aut flaminis addicitus, aut impostor, à Mis-
sibnariis Europæis, quod est velle præcas-
amaritudines refricare. Indicavimus jam su-
pta de statu Confucii, sive bono, sive ma-
lō, relinquendum esse Divinæ Sapientiæ &
Dei judicio inscrutabili, non autem à no-
bis statuendam.

34. Allatum est & aliud argumentum,
quod est ejusmodi: Tolosæ in Galliâ, fæmi-
na quædam primaria, Constantia nomine,
pecunia summa reliquit annuatim dan-
dum illi, qui certo die versus optimos scrip-
stisset. Quare illius fæminæ imago servatus
in publicâ civilis Conciliï æde, & consti-
tuto die ad eam imaginem confluunt ci-
vies, eamque floribus coronaunt, quod to-
tum certè politicum est. Ergo & politichus

censeri debet, quod h̄ic solet erga Confucium fieri. Confirmatum istud est altero exemplo. Est Academia Montispessulanime dicinæ laude celeberrima. In eâ viget ille mos, ut qui medicinæ laureâ donandi sunt, induant togam seu vestem quandam villosam vetustate insignem, quæ ibi servatur, & fuisse dicitur medici cuiusdam eximii, Rabelæsii nomine, quem atheum fuisse narrant. Atqui totum istud ad cultum politicum pertinet? Respondeo multa inter Christianos permitti, quia scilicet nullum est errandi periculum, quæ inter infideles ob idem periculum non permittuntur. Quæ non lubet hic referre, quia rem planam esse arbitror.... Respondeo deinde ad secundum, in iis omnibus quæ adducuntur, nihil esse quod superstitionem aut idololatriam sapere ullo pacto videatur: secùs in nostrø casu, ut constat ex allatis, Otro argumento se hizo, y es, que en Tolosa de Francia una Señora llamada D. Constança dexó renta para quien en tal dia biziere mejores versos; y que su Imagen esta en la casa de la ciudad y que el dia señalado van allí, y la coronan de flores; lo qual todo es politico: luego tambien lo es acá. Confirmando esto: por que en Monpeller universidad celebre en Medicina hai costumbre, que todos los que se graduauan en dicha facultad, se visten, a ponen un rapón mui viejo, que tienen guardado de un gran Medico llamado Rabelais, el qual fue Atgeo; o todo esto no pasa de politica, &c. Rq. Que muchas cosas son licitas entre Christianos, donde-

no hay peligro alguno de error, que entre los infieles, por serlo, no lo son. No específico, porque lo tengo por llano, &c. Pero Respondo al 2. que en todo quanto en el argumento se pone, nada hay, sobre que se pueda fundar cosa o resabio de supersticion ni idolatria, como hay en el nuestro caso, y consta de lo propuesto, &c.

Hic breviter notanda sunt aliqua, & primò quidem putat P. V. inter Sinas cultum politicum erga suum Magistrum Confucium dare ansam errori, adeoque periculosum esse Christianis illum cultum permittere; hoc periculum erroris non sumus experti, qui reliquimus Sinenses in suo proprio conceptu de Confucio, nam cum nos & prædecessores nostri ex libris, & ex ipsa praxi Sinensium cognovissimus eos politice colere Confucium tanquam Regni Magistrum, non autem religiosè, aut tanquam idolum, cognovimus quoque nullum errorē neque apud Gentiles, neque apud Christianos ex cultu merè politico posse advenire; qui verò scrupulis nescio quibus agitati, ex quo Missionem hanc ingressi sunt Europæi, noluerunt relinquere Christianos Sinenses in suo proprio, & vero ac communi conceptu de Confucio tanquam Magistro, sed iis persuadere conati sunt, Confucium esse idolum, cruciari in inferno, & impostorem fuisse, suâque doctrinâ potius decepisse fraudulenter per speciem quamdam virtutis, quam sapientes

Sinensem populum docuisse virtutem : hi foter suis persuasionibus dubitare facientes quosdam Christianos bono zelo ducti (dubito an indiscreto) ansam si non errori, saltem dubiis non fundatis, scrupulisque præbuerunt. Sed ab hisce animi scrupulis liberare paucos admodum homines faciliè poterunt, qui quæ diximus de Confucio, non præjudicatâ mente, sed sincerè, indagandæque veritatis gratiâ consideraverint.

Notanda sunt secundò verba illa : *Respondo a lo 2. que en todo quanto se pone en el argumento, nada hay, sobre que se pueda fundar cosa, o resabio de supersticion ni idolatria, como hay en nuestro caso, y consta de lo propuesto.* Ex iis quæ proposuit P. V. factâ jam à nobis rerum, narrationisque rectâ collocatione ut ostendimus suprà, contrarium constat : adeoque hîc non sunt eadem repetenda unum hîc innuo, quod nisi P.V.n.5.sincerum suum animum declarasset iis verbis : Neque verò quispiam existimet, me dum hæc scribo, id agere, ut disputationes ac controversias excitem.... quippe id unum volo, ut scilicet appareat quid sit maximè verum : quod ubi semel erimus adepti licet etiam fortasse contrarium sit iis, quæ ego & alii existimavimus, idem dicemus, quod S. Hieronimus ad S. Augustinum scripsit, cum super quæstione quâdam vicitus ipsi cederet : tu vicisti, & ego vici, &c. Ni pienfe alguno, que hazer este papel, es abrir las

zanas para mover altercaciones o disputas , &c.
El fin , que se pretende , es saber la verdad : al-
cançada esta , aunque sea lo Contrario que a myo
à otros parece , diremos lo que S. Jeronimo escri-
vio à S. Augustin , haviendo este Santo doctor
vencido en una question contra aquel : tu viciisti &
ego quoque vici , &c. Nisi unquam hisce ver-
bis suum sincerum animum declarasset :
posset quis dubitare , an P. V. hic unum
ex duobus velit dicere , aut scilicet P. Mar-
tinum de Martinis Societ. J e s u menti-
tum fuisse in iis , quæ de cultu Confucii Sa-
cræ Congregationi proposuit ; aut hanc post
discussas ex utrâque parte rationes non rec-
tè definivisse , cum ait : *hinc est , quod Sacra*
Congregatio juxta ea quæ superius proposita sunt ,
censuerit permittendas Sinensibus Christianis pra-
nominatas cœrimonias , quia videtur cultus esse
merè civilis & politicus.

P. enim V. post talem definitionem Sacrae
Congregationis nunc respondens ad parita-
tem adductam de cultu civili medici in
Gallia. Llamado Rabelais , dicit : *nada hay ,*
sobre que se pueda fundar cosa , o resabio de su-
perficion , ni idolatria como hay en nuestro casó .
Ergo in nostro casu de cultu Confuciano
P. V. videtur non esse cultus merè politicus
& civilis , sed supersticiosus , & idololatri-
cus : quæ verba verbis Sacrae Congregatio-
nis opponuntur , quamvis huic animus se se
opponere non intentaverit ; uti intentavit
se se opponere Patri Martino : nam P. V.
num.38. hæc habet : *est ergo , unde dubitem*
utrum

utrum P. Martinus ex incuria, aut inadvertentia, aut aliquo ejusmodi vicio, vel quidpiam omisit, vel ipse erraverit vel bona fortasse fide crediderit alicui, qui veritatem ipsum celaverit, *Luego con mucho fundamento puedo yo dudar, si por descuido, o inadvertencia, o cosa semejante.* (Agir de P. Martino, & propositione facta ab eodem Sacra Congregatione) omitio algunas cosas q. pudo engañarse en algo, q. con buena fe creer en algo a quien le oculto la verdad.

Quam parum fundamenti habuerit dubitandi de veritate propositionis Patris Martini ex illo capite, quod unus aut alter in viâ & per transennam dixerit. Non sibi probari, quod Martinus Romae proposuisset. Que no le parecia bien lo que el P. Martin havia propuesto en Roma, suprà jam offendimus præterquam quod scriptum hoc P. V. non ante cœtum Patrum (ubi clare veritas hujus rei patuit; & quæ dubia orta erant ex verbis forte jocosis aut per transennam olim & in alio sensu ab eo quem P. V. intelligebat potuisse jam evanescere) sed postquam finis datus est cœtui, scriptum hoc inquam P. V. apparuit: ex quo videtur colligi P. V. adhuc persistere in dubio suo yelleque ostendere P. Martinum omitio algunas cosas, o pudo engañarse en algo o con buena fe creer en algo a quien le oculto la verdad. Videamus, quæso, quis iste esse potuit tantæ authoritatis, ut illi statim crederet P. Martinus, tantæque iniquitatis ut in re tanti momenti

n n n

et poteris voluerit illi veritatē occultare
& sicut p̄tribere, ut deceptus P. Martinus
decep̄t quoque ipsam Sacram Congrega-
tionem profecto non appetet quis ille fuerit
temporis autoritatis in rebus, moribusque
temporis & factis credet P. Martinus;
quoniam omnium liber, magnumque volu-
natum suorum, & informationum Patrum
antiquorum, quorum singulorum rationes
et omnia congregata magnam vim faciebant
Pam Martino ad citoandum assensum circa
se venturam. Quid autem idem rationum
hoc tamē fieri iniquitatis, ut moverit
P. V. ac indecetam disjunctivam illam
procederet, ac disjunctivè dubitandi,
autem aperte rite, & puto cogitari se en alio,
& non mecum ē recte a quāc le occulta le verdad,
hac autem tunc suadentia præcipue quoad
aliamque disjunctivæ repetitionis partem,
volumet & non nō ē recte a quāc le occulta
& tempore.

nūm. 34. addidit: Pauci quidē dubitare, quin Christianis defunctis honor exhibeti politicē possit; sed an idem honor infidelibus exhiberi possit; non satis constat. Certè Suarez, &c. Que se paeda honrae politicē à los difuntos Christianos, pocos lo han dudado. Y aun hablando de sta honra para los infieles no es cierto. El P. Suarez lib. 2. contra Regem Anglia c. 5. n. 4. possumus enim cultu civili benefactores, defunctos, vel insignes homines coletere; etiam si de illorum felicitate certi non sumus, saltem dum non constat illos esse damnatos; Quod certè diligenter advertendum censem ad. setendunt judicium dē infidelibus, quibus in ipsā infidelitate mori contingit. Atque si ita loquitur tantus doctor etiam de cultu politico; quid cum dicturum fuisse tenebimus de eo cultu, qui sanè est plus quam politicus? Doctrina, que para los infieles que acaban in infidelitate, la tengo mas notada; pues si aun de lo politico dice esto van grato doctor, de lo que passa mas que esto, qua diria?

Si P.V. hic agat de Christianis Catholicis; hos defunctos non modo politicē honoram; us; sed pro iis effundimus preces; eorum cadavera incensantur, & aquā benedicta asperguntur; &c. Adeoque Suarius non videtur de his loqui, cum ait: possumus enim cultu civili benefactores, vel insignes homines coletere, &c. etiam si de illorum felicitate certi non sumus, saltem dum non constat illos esse damnatos;

Babile enim putamus, catholicos commo-
fantes in regnis hæretorum posse cultum
merè civilem exhibere defuncto Principi
benefactori, aut insigni cuiquam viro, aut
etiam reliquis amicis, & filios affinesque
catholicos parentibus suis defunctis, quam-
vis hi omnes fuerint hæretici, nec constet
de eorum resipiscentiâ ante mortem. Quæ
quidem doctrina ad gentiles in suâ infi-
delitate morientes etiam extenditur; non
enim magis impedit infidelitas ante mor-
tem felicitatem æternam quam ipsa hæresis.
Adeoque tantum abest, quod sententia Sua-
rii nobis obsit ut è contrario mirificè faveat:
nam cum Confucius vir sit doctrinâ illu-
strissimâ regni totius magister existimetur
ex unâ parte, ex aliâ verò nulli consta-
re possit, cum qui multis ante Christum
annis vixerit, æternis poenis addicte
esset, sequitur in sententiâ Suarii posse
christianos litteratos cultu civili colere tan-
tum virum.

Si autem P. V. adhuc contendat Suarium
loqui de cultu politico qui exhibetur Prin-
cipibus catholicis, & ejusmodi viris illustri-
bus defunctis adeoque Suarij doctrinam non
extendi ad Principes & viros hæreticos aut
gentiles in suâ hæresi, & infidelitate mo-
rientes. Hoc enim indicare videntur verba
illa: *I aun hablando desta honra (politica)para
los infieles, no es cierto &c. Pues si aun de lo
politico dice esto tan gran doctor, de lo que passa
mas que esto, que diria?* P. V. hic ita intelli-

gens Suarium vim magnam contrâ nos se facturum putat : sed revera contra ipsam Sacram Congregationem, & prima lumina Ecclesiæ Romanæ pugnat : hi enim censuerunt permitti posse cærimonias Confucianas : quia visum fuit esse cultum merè civilem & politicum , adeoque stante definitione sacræ Congregationis certum nobis esse debet cultum merè politicum posse exhiberi Confucio à christianis & defunctis parentibus amicisque gentilibus & tamen stante definitione eâdem P. V. adhuc dubitat cum ait : *I aun hablando desta honra para los infieles, no es cierto.* Et quod pejus est, indicat hanc opinionem manere sibi altâ mente repostam , cum ait : *doctrina, que para los infieles, que acaban in infidelitate, la tengo más notada :* quare tâm seriò notat hanc Suarij doctrinam (in sensu illo , quo illam vult accipi) & non eadem serietate notat definitionem aliam sacræ Congregationis circa defunctos Sinenses , cùm tot tantaque proposuerit P. Martinus fieri solius à Sinensibus erga defunctos, quid ad hæc diceret Suarius ? *Si aun de lo politico dice esto tan gran doctor de lo que pasa mas que esto, que diria ?* Non putamus velle hic P. V. refricare memoriam superstitionis aut idolatriæ illis verbis , *De lo que pasa mas que esto.* Nam ex supradictis constat , & sæpiùs suprà innimus , Patres Societ. nunquam superstitiones aut idolatrias Christianis permisisse ; sed ea tantum, quæ cultum politicum redolerent , aut ad

illum reduci possent juxta aliam definitio-
nem sacræ Congregationis. Quid inquant
Suarius diceret ad hæc ? Et ideo sacra Congre-
gatio juxta ea , qua superias proposita sunt ; cen-
suit posse tolerari Sinas conversos adhibere dictas
cerimonias erga suos defunctos , etiam cum genti-
libus sublati tamen superstitionis ; posse etiam af-
fistere tantum cum gentilibus ; quando agunt su-
perstitione præsertim factâ fidei protestatione , &
cessante periculo subversionis ; & quando aliter
adia & inimicitia vitari non possunt.

Nec tamen sacram Congregationem la-
tuit , tabellam Confueij , aut defunctorum
imaginem quoque horum collocari in pu-
blico , proposuit enim P. Martinus in suo
4. quæsito : *In domo defuncti sive christiani
sive gentilis quoddam altare preparant , in eodem
que imaginem defuncti collocant ; in quâ ejus no-
men scriptum est , cum ornatu odorum , florum &
candalarum ; retroque cadaver feretro inclusum
ponunt . & omnes qui ad condolendum domos
illas ingrediuntur coram imagine defuncti , ter-
vel quater genu flectunt , humi sese prosternentes ;
capitibus usque ad terram demissis aliquas secum
candelas & odoramenta asportantes , ut in pré-
parato illo altari , seu potius tabulâ coram defun-
cti imagine consumantur , & comburantur. Eē
tamen hæc omnia censuit sacra Congrega-
tio posse tolerari , si igitur P. V. hæc non
posse hac nostrâ ætate tolerari censer (motus
verbis illis generalibus quæ in fine item
num. 34. assert contra nos) cum ait : Multa
sunt ejusmodi , quæ tolerantur duimtaxat,*

non approbantur , è quibus argumentum deduci nullum potest ; atque id dici potest de imaginibus quæ statuuntur in templis, Certè S. Carolus Borromæus totis viribus animis est ut aliquas auferret ; quod si prorsùs consequi non potuit , hoc ipsum proxime facit potius , quam contra me. Si enim Sancta Ecclesia tam diligens atque attenta est , ut Sanctos etiam Beatificatos vetet radiis & diademate ornatos pingi , ut refert P. Escobar , quantò majori diligentia caverbit , ne habeantur imagines in quibus possit errari ? Muchas hay en el mundo , que solo son toleradas ; y no aprobadas , de las cuales no se ha de hacer argumento. Y de imagines en templos , es assy ; y S. Carlos Borromeo intenio con grande esfuerzo el quitar algunas , y si no lo conseguio del todo , es argumento en mi favor , y no contra mi. Y si la santa Iglesia anda tan recatada , que aun prohibe , que los santos beatificados se pinten con rayos y diademas , como trae el P. Escobar , que recato tendra en que no haya imagines en que se pueda tropeçar .

Distinguat P. V. cultum civilem à religioso & concordabit scripturas , non enim alia fuit Ecclesia Dei , tempore D. Caroli Borromæi ab eâ quæ nunc est , & tolerat quæ proposuit P. Martinus. Si inquam P. V. censet hæc non posse hâc nostrâ ætate tolerari in Simis non quidem contra nos suis hisce paritatibus pugnat , sed contra sacram Congregationem , ipsumque summum Pontificem Alexandrum VII. contra quos

certè Suarij volumina non pugnant , si verba
Suarij in 1º. sensu superius dicto acci-
piantur.

Adde quod in quocunque tandem sen-
su accipiuntur verba , Suarij sententia opi-
nio est doctoris particularis. Nec enim de-
sunt , qui probabilius putent , posse chri-
stianos commorantes in suis gentilium
Principum Regnis , cultu mērē civili & poli-
tico honorare defunctos gentiles sive paren-
tes sive amicos , sive principes , sive benefa-
ctores , sive illustres viros quamvis moraliter
sint certi de eorum damnatione.

Nec desunt exempla deprompta ex sacris
litteris quibus ostenditur , honoratos fuisse
post mortem reprobos Reges simili cultu à
Regibus sanctis. Et ne hic etiam desit au-
thoritas P. V. in confirmationem nostræ
sententiæ afferam sua verba num. 42. Non
abolemus obedientiam , quam filij parenti-
bus debent , neque præceptum quartum
divinæ legis , quemadmodum scripsit R. Pa-
ter Acunha , qui jam hanc vitam cum me-
liori commutavit ; neque verò cultum poli-
ticum & civilem tollimus , sed illud unum
studuimus abolere , quod malum esse nobis
visum est , neque posse tolerari. No quitamos
la obediencia de los hijos à los Padres , ni el 4.
mandamiento de la lei de Dios , como nos escrivio
el R. P. Acunha , que este en gloria , ni tan poco el
culto politico , y civil ; solo lo que nos parece , y ha
parecido mal , y intolerable , hemos procurado
quitar. Ergo in sententia P. V. certum est
(&c

(& in praxi illam sententiam Patres sacri Ordinis sequuti sunt) posse infideles defunctos in infidelitate morientes honorari cultu politico & civili à filiis; aut articulis christianis. Ergo sententia Suarum in sensu explicato pugnat contra P. V. at fortè ad hoc aliquidant illa verba? *doctrina que para los infieles que acaban in infidelitate, la tengo muy notada.* Ergo falsum est, quod dixerat: *I am having a blando de la honra (politica) para los infieles; no es cierto;* vel si velit hoc verum esse, & adhuc persistat in illa sententiâ, quod honor politicus non sit exhibendus infidelibus in infidelitate morientibus; fundamentum aliquod appareret, cui innitebantur verba Patris Simohii Acunha, quem citat P. V. cum ait: *Ni quisámos la obediencia de los hijos a los padres como nos escrivio el R. P. Acunha, que este en gloria &c.* Nam si filii christianis moriantur Parentes in infidelitate, cum hi neque religioso neque politico cultu possint honorare defunctos infideles, post mortem parentum ad montem fugiant necesse est, ac sinant gentiles sepelire gentiles mortuos suos: quod, si & alibi, in Sinis præcipue magnæ inobedientiae filiorum, vel etiam impietatis indicium est.

At, inquiet P. V. *No queramos el culto politico, ni civil ordinario, seu qui appareret clarus politicus aut civilis, solo lo que nos parece, y ha parecido mal, y intolerable, hemos procurado quitar.* Sed neque hac distinctione vim argumenti fugit: nam ipsa scante distinctione

& Suarium sibi contrarium habebit modo supra explicato, & multò magis Sacram Congregationem, cui non malum visum est, nec intolerabile in Sinensibus id quod proposuit P. Martinus in suo 4. quæsito de ritibus defunctorum; nec Societas nostra aliud toleravit aut permisit in Sinis, quam quod ipsa sacra Congregatio permisit aux toleravit.

35. Fuit alias, qui argumentaretur in hunc modum: Quid refert offerri Confucio sues & capras?.... Certè cum ego litteras humaniores docetem in Europâ, offerebant mihi discipuli gallinas & capones. Respondeo, si nulla major fuisset in hoc negotio difficultas, quam quæ prædictis argumentis exhibetur, nullam satis firmam causam futuram fuisse illustissimo Domino Didaco Valenti Episcopo vetandi, ne in sepieliendis Macaensibus christianis appeterentur oblationes, quemadmodum id sacerdoti in Lusitanâ fieri, & fieri Macai cœptum erat... quod ut vetaret cætatione adductum audivi, ne Sinenses, si illas oblationes viderent, existimarent continuo christianos idem sentire quod ipsi sentiunt; vel ea munera defunctis ipsis offerre, eo animo quo Sinenses offerunt; vel credete ipsas animas oblatis cibis vesci, quod alij credunt.... quod in suâ historiâ refert R. Pater Superior Antonius de Govea, Porrò errorem hunc aliis quoque gentilibus communem fuisse docet concilium Elberitanum. Idem il-

Iud ex Sancto Augustino discimus.
Otro argumento se hizo , y fue el que se sigue :
que importa offrescan al Confucio puercos , ca-
bras , &c. quando yo era Maestro (dixo el que
hablava) de grammatica en Europa , los discipulos
me offrecian gallinas , y capones , &c. Se respon-
de , que si esta materia no tuuiera mas diffi-
culturad , que la que se muestra en los argumentos , &c.
por que razon , o con que fundamento el señor
Obispo D. Diego Vallente prohibio , que en los en-
tierros de Macao no se pusiesen offrendas , como se
usa en Portugal , y al principio se uso en aquella
ciudad ? &c. lo que yo oi , &c. fue , porque los
Chinos viendo aquellas offertas no pensasen , que
los Christianos sentian , o entendian , como ellos , o
ya que las offertas se hazian a los mismos difun-
tos , como ellos las hazian , o ya que las almas
comen y beven , como otros creen , &c. Lo qual
trahe el M. R. P. Superior Antonio de Govea en su
historia , error que tuvieron otros gentiles , como se
ve en el Concil. Eliberit. 2. c. 17. y en S. August.
Serm. 15. de Sanctis , &c.

Quis non videt animi gratiâ suisse pro-
nuntiatum exemplum ab eo (dixo el , que
hablava) qui docens grammaticam , à suis
discipulis quondam munera exceptit ! quod
autem hæc materia non habeat aliam diffi-
cultatem , quam la que se muestra en los argu-
mentos , patet ex ipsis argumentis & ratio-
nibus suprà allatis , non autem duntaxat ex
eo quod dixit , el que hablava .

Quòd fecit in suâ Ecclesiâ Macaensi Epis-
copus D. Jacobus Valente , id etiam alii .

De cultu Sinensium.

Prælati in Europâ sæpè faciunt in suis Diœcesibus , ob fines & circumstantias pro tempore & locis recurrentibus , & quidem eos laudamus , quod , quantum possunt semper velint ut Ecclesia sua sine utilâ maculâ umbra , aut rogâ tota decora appareat præcipue cum habeant vim coæctivam , & pro se quoque sæcularium principum favorem.

Quod verò spectat ad dapes offerri solitas in Sinis ante sepulcra defunctorum , si pia mater Ecclesia permittit ac tolerat in quibusdam Europæ Regnis ut P. V. faretur , ubi habet vim coæctivam , & Principum favorem , quid mirum si toleret in Sinis , ubi mos est honorare defunctos eo modo , quo eos honorabant cum viverent ? cum itaque suis temporibus , annique festivitatibus mos sit honoris gratia Magistris , amicis , vel parentibus munera dapesque parare , nec mirum , si mortuos eodem prosequantur honore ! Sinenses autem gentiles communiter loquendo , quidquid sit de figuris aliquibus sectæ specialis , & multò minùs Christiani , non putant , vel imaginantur ad sepulcra defunctorum , cum dapes parantur , animas advolare , ibique comedere , aut bibere , ut supra probavimus ; tantum signa illa honoris exhibent in grati animi memoriam juxta gentis morem : quæ si non exhibeant statutis temporibus , non modò inobedientes reputantur posteri erga suos progenitores , sed ingrati quoque , avari , & parum memores beneficiorum à pa-

rentibus quondam acceptorum.

Citat. P. V. historiam Patris Antonii de Govea, quæ nondum typis data est nec nobis contraria videtur, si P. V. legat, quæ ipse Pater dicit explicans declaransque mentem suam, quam nos supra exposuimus.

Nec vim faciat P. V. super illa verba por que razon, o con que fundamento el señor Obispo D. Diego Valente prohibia, que en los entierros de Macao no se pusiesen offrendas, &c. Lo quo yo oi, &c. fue, porque los Chinos viendo aquellas offertas, no pensassen, que los Christianos sentian, o entendian lo que ellos, o ya que las offertas se hazian a los mismos difuntos, como ellos las hazian, &c. Nam si vim faciat in hoc, quod Sinenses oblationes faciant dapum, &c. suis defunctis: jam ex supra dictis constat, oblationem, quamvis fiat ipsis defunctis, esse merum cultum politicum. Nec latuit sacram Congregationem hoc ipsum: Pater enim Martinus expressis verbis declaravit, cum ait: *Triplex est modus, quibus suos defunctos honorant, &c.* Et cum agit de Aulâ progenitorum verbo ipso offerre utitur? in hac Aulâ bis in anno conveniunt consanguinei, ex quibus ditieres offerunt carnes, vinum, candelas, odoramenta, &c. Cum verò agit de iis, quæ sunt ad sepulcra mortuorum, ait: ad hæc filii aut affines accedunt semel saltem in anno circa initium Maij, herbas ac gramina circa sepulturam nata eradicant, purgant, plorant deinde, genuflexiones faciunt, cibos coctos, vinumque disponunt, mox si-

nitis lacrymis edunt ac bibant & cum hæc omnia non latuerint sacram Congregatiōnem ; tamen non obstantibus iis , quæ P. V. citat. (*error que tuvieron otros Gentiles , como se v'e en el Concil. Eliber. 2. c. 7. y en S. Augustin. Serm. 15. de Sanctis*) sensuit sacra Congregatio posse tolerari , finas conversos adhibere predictas ceremonias erga suos defunctos.

Quæ igitur hâc nostrâ ætate pia Mater Ecclesia tolerat , non tolerabit P. V. Anne ista omnia , vel aliqua ex iis quæ P. Martinus proposuit à Sinis fieri solita erga defunctos erunt ea , quibus aptentur verba illa P. V. *solo lo , que nos parece , y hâ parecido mal y intolerable ? an forte àliquid aliud quod adhuc in corde latet ? Si 1.apertè pugnat cum verbis sacræ Congregationis. Si 2.debuisset non occultum tenere , sed nobis exponere ad ejus indagendam veritatem , cum P. V. dixerit n°. 5°. id unum volumus , ut veritas innoscatur. El fin , que se pretende es saber la verdad , &c. Quomodo pateat veritas , si non percipimus , quid velit P. V. probare contra proxim Societatis in Sinis ?*

Quæ modò diximus , etiam demonstrant nullam contra nos habere vim verba illa P. V. quibus n°. huic 35°. finem imposuit : hîc autem est magna disparitas ; nam hîc quidem quod offertur , offertur Confucio ac defunctis : Illi sunt objecta terminativa & fines ultimi rerum oblatarum. Aca es mas diferente , pues lo que se offrece , es al mesmo Confucio y difuntos : estos son los objectos terminati-

yos , y fines ultimos de los offrecimientos.

Non enim hoc latuit sacram Congregationem , quamvis meo iudicio verius diceremus , quod finis ultimus gentilium horum sit completere ritum illum ex more Patriæ , ac deinde oblata munera festivè comedere , christianorum vero sit Deus , ad quem , uti omnia dirigenda esse docti sunt , ita ritus hosce politicos , aliaque opera indifferentia ad hoc , ut benè vel male fiant , dirigant , quoque necesse est.

De Consultatione Kiatinensi ait P.V. ibidem , si nulla major fuisset difficultas , quam quæ in ipso argumento apparet , quæ sanè nulla est , in illo congressu Kiatinensi non fuisset sententiarum ac judiciorum ea-discrepancia quam fuisse refert P. Gabiani immò non erat materia congressus . Est igitur aliquid amplius . Si este negocio no tuviera mas difficultad , que la que declara el argumento (que es ninguna) en la junta de kiati'm no huuiera disconveniencia , como huuo , segun refiriò el R. P. Gabiani ; immò no era materia de junta , luego algo mas hay .

Pater Gabiani adhuc extat in vivis : nec ipse dixit Patres cœtus Kiatinensis habuisse disconvenientiam , sed post debitum examen , uti moris est in cœtibus ; maximam convenientiam , sententiarumque concordiam adeoque este negocio no tiene mas difficultad , que la que declara el argumento : an' autem sit verè difficultas , vel es ninguna , qui utriusque paria argumenta rationesque serio expendet , judicabit .

36. R^{di}. Patres antiqui hujus missionis operarii, in libris Sinicis evolvendis dignoscendisque moribus diu ac diligenter versati, per annos 40. & amplius non permisere Neophytis suis, ut defunctos progenitores colerent. Atque hujus rei testimonium propriâ manu conscriptum, ac apposito nomine firmatum anno 1637. P. Roboredus Macensis Collegii Procurator Manilæ tradidit clarissimo viro D. Laurentio Lazo Hispanorum militum in Philippinis insulis Tribuno. Quod sanè indicium est non leve longè plus in eâ re difficultatis esse, quam ex allato argumento atque ex ejus confirmationibus intelligitur. Ita nos diceremus per hoc totum temporis spatum eos æternæ salutis aditum innumeris hominibus occlusisse; quod profectò non licet de tot ac tantis viris levì de causa præsumere. Sed nequé suspiciati quis potest eos tantoperè laborasse & tantam animi contentionem adhibuisse in eâ re, quæ nullius esset momenti.
Los Reverendos Padres Ministros antiguos, más cézidos, y versados en los libros Sinicos, y sus costumbres, por espacio de mas de 40. años no permitieron a los Neófitos honrar a sus difuntos y progenitores, como lo escribió de su letra el R. P. Roboredo procurador del Colegio de Macao en Manila el año 1637, en un papel, que entregó a D. Lorenzo Lazo maestro de Campo del tercio de aquellas islas; Luego señal clara es, que en esto se encierra mucho mas grave dificultad, que no la que concluye el argumento puesto con sus confirmaciones debida

desta manera diríamos, que en todos aquellos años havian cerrado la puerta a muchas almas: lo qual ni presumirse levemente de tales, y tantos varones es licito: ni lo es tan poco el sospechar havian de reparar, ni poner la proa en cosa, que no importase mucho.

Hic imprimis P. V. non modò dormientem teste in adhibet, sed qui dum viveret, de rebus Sinicis tam parum sciverit, ut dormientis instar fuisse dici possit: quare non adhibeat P. V. fidem potius reliquis Patribus Societatis, qui Sinas ingressi cum Sinis tot annorum decadas vixerunt, libros ritusque gentis examinarunt, & primis quoque Patribus proximiores fuerunt, quam fuerit ipse Pater Roboredus, qui nunquam Sinas ingressus, statim ac Macaum pervenit rei temporalis Procurator constitutus post aliquot menses Maniliam missus, quo fundamento dixerit aut scriperit, quæ P. V. narrat, nescimus?

Prædecessorum Patrum monumenta aliqua in archivio extant, ex quibus colligitur, primos missionis Patres 20. circiter annis, libros, mores, ritusque Sinicos seriè examinasse, priusquam de quibusdam rebus dubiis sententiam statuerint, ita doctrinâ eorum, prudentiâque dictante: Postquam vero mature omnia expenderunt, consultis semper quibusdam ex primoribus literatorum Sinensium, & politicis à superstitionis probè distinctis, sententiam tandem quam tot ludoribus laboribusque firmataant

ppp

nobis posteris ac successoribus communicare dignati sunt, ut fusiūs alibi dicetur. Sed demus P.V. primos Patres Missionis Sinicæ per annos 40. & amplius examinasse ritus Sinicos, numquidremus Patres qui ingressi sunt in hanc missionem & tempore examinatis unius successerunt. Post sanctum Franciscum Xaverium ingressus est P. Michaël Rogerius Italus anno 1581. post hunc P. Franciscus Pacio & P. Matthæus Riccius 1583. ab his duobus incipere possumus examen.

Extat namque memoria cuiusdam Epistolæ Patris Pacii, quam contra nos citat P. Franciscus Antonius à Sancta Maria in suo manuscripto; sed non advertit dictus Pater F. Antonius quod Pater Pacius scripsit quidem, quando res Sinicæ incipiebant examinari, nec ibi statuat sententiam, nec ejus opinio de rebus Sinicis possit prævalere contra Doctrinam Patris Mathæi Ricci; nam hujus typis data & approbata est, illius non ita.

Riccius item quam præ Pacio in libris Sinicis, controversiis & ritibus peritior fuit, non solum nobis constat, sed Sinenum tum Christianorum, tum Gentilium ora libriique deprædicant adeoque tantam vim Epistola illa contra nos & doctrinam Patris Ricci habere videtur, quantum habet Pater Fr. Anton. de Sancta Maria, quando opponitur sententiæ communis Patrum cœtus Quantonienſis.

— Idem proportione servata dicendum de

manuscripto Patris Longobardi , qui ingressus est Sinas anno 1597. post quem alii patres controversialiae , qui typis controversias suas dederunt , & quorum sententia semper in Sinis sine ullâ oppositione prævaluit , secuti sunt doctrinam Patris Ricci etiamque misericorditer confirmavunt adeoque si incipiamus numerare ab anno 1581. usque ad annum 1621. (quando ingressus est Pater Franciscus Furtado , & quem deinde secutus est P. Joannes Adamus) compleatum erit tempus 40. annorum examinis & numerabimus 28. Patres , qui examinandis ritibus interfuerunt : è quibus si tres quartuorve excipias , quos citat Pater Longobardus , reliqui omnes unâ statuerunt ea , quæ ipsi prius in praxi , deinde nos successores secuti sumus . quoad permissionem , aut tolerationem quorumdam rituum ciuilium erga Confucium & defunctos , &c.

Nunc autem Patres Sacri Ordinis quia ante paucos annos ad manus habuerunt quatuor relictos à Patre Longobardo (quos misit ad eos P. Fr. Antonius à Sancta Maria) illis pugnant contra nos oecdem modo ac si quis e venturis Missionariis post 40. annos ad manus habeat traductis P. Fr. Antonii aut alterius quibus contradictione sententie communai Patrum coetus hujus Quontonianis , & quidem sententiae iam stabilitate , & quam in praxi sequantur omnes reliqui Missionarii priusquam unicus ille , & his inquam etiamque velut pugnare co-

ppp ij

tra sententiam & praxim reliquorum Patrum cœtus.

Distinguenda igitur tempora, expendendi recte tractatus hujuscemodi, nec parvi pendenda auctoritas omnium reliquorum Patrum Societatis. Sed demus P. V. 40. & amplius annos primos patres in examinandis rebus Sinicis insudasse: quo enim strictius præcessit examen, eò securior ac fustior erit. Patrum nostrorum doctrina de rebus Sinicis: ideoque reliqui qui illorum vestigia sunt inseuti, semper placuit eorumdem praxis & doctrina, quam tum scriptis cum typis datam reliquerunt, insuper nos librorum studio, litterarorum consultatio-ne, & experientia ipsâ docti, quod vera & solida essent ea, quæ primores Patres docuerunt, secuti unam, eamdemque viam detinere non dubitavimus.

Collige primò nullum fundamentum habere illa, quæ citantur supra, Patres scilicet primos missionis mas de 40. años no permitieron á las Neophitos bautizar á sus difuntos y progenitores, Ex scriptis enim & ex libris eorum contrarium constat: item ex praxi, quam per traditionem patrum antiquiorum ad patres moderniores in hac missione accepimus, & mos fuit servare: nam incipiendo ab anno 1601: quando in missione ingressus est Pater Emanuel Dias Senior (P. Mathæus Recius, à quo librorum primumque examen initium habuisse probabilitate certi potest, ingressus est anno 1583,

(quem unus alterve præcesserunt) usque ad hæc nostra tempora, semper Patres permiserunt Christianis cultum politicum erga suos defunctos, superstitiosaque omnia interdixerunt.

Ex libris Patris Alphonsi, Vagnonij, P. Emmanuelis Dias junioris, P. Julij Alenij reliquorumque colligi hoc sane potest. Neque verum' putamus ante annum 1601. Patres non permisisse Christianis, qui admodum pauci tunc erant, honorare defunctos ac progenitores, nam ex libris P. Mathæi Riccij contrarium colligitur de quibus igitur & pro quo tandem tempore verificabitur propositio illa más de 40 años no permitieron a los Neófitos honrar a sus difuntos y progenitores? Sed P. V. fatis abunde & clare hanc meam solvit difficultatem sequenti numero.

37. Atque ex his facile est nostrorum hominum praxim defendere, cum tantorum viorū exempla secuti sint; etiam antequam ea cognovissent &c. Y en este echo. Y con esta practica honesto yo lo que los nuestros practicaron, pues siguieron tan grandes exemplares, aun antes de tener noticia los hubiese &c. Verificatur igitur propositio illa de Patribus sacri Ordinis los nuestros practicaron.

Sed alia hic difficultas suboritur, quomodo Patres sacri Ordinis sequi potuerunt exempla primorum Patrum nostrorum in hac re, de non honorandis defunctis ac progenitoribus, cum nec ex eorum libris illis constaret talis doctrina, neque ex pra-

xi aliorum Patrum Societatis , quasi in his vivum exemplar prædecessorum haberent ; & quod magis auget difficultatem sunt verba illa . *Siguieron tan grandes exemplares, aun antes de tener noticia los hubiese.* Neque an dicti homines exciterint in rerum naturâ scientes , & multò minùs quid egerint aut scriplerint , eos tamen tanquam exemplar imitati sunt : quæ de influxu causæ exemplaris agunt Philosophi , insolubilem ferè reddunt difficultatem ,

Collige 2º cohonestationem istam , *beneſto yo lo que los nuestros praticaron* , quamvis putato , & non vero , realique fundamento fundatam , reddere tamen nos certos de praxi PP. VV. quod no permitieron a los Neophitos honrar à sus difuntos cultu illo politico , quo permittunt Patres Societatis honorari , & quidem bono fine ; putabant enim honorem illum esse superstitionum aut idololatricum (quam cohonestandi viam firmorem esse existimo quam sit illa de exemplari) quod dubium , aut opinionem jam abstulit sacra Congregatio .

Interim negari non potest debere tandem nos quiescere à calamis , nec toties ansas præbere ad renovandas priores , & jam emortuas amaritudines : *Messis quidem multa,* multâ igitur mutuâque charitate in hac Domini vineâ laboremus . An putamus tractatibus hisce nostris finem nos daturos quæstionibus ? nisi amor inter nos , & pia quædam affectio , ut ita dicam , ad res Sipicæ .

seu potius prudens discretio malorum rituum à non malis (non enim omnis ritus qui non est Europæus, aut Romanus, idèd damnandus tanquam supersticiosus aut vanus) temperare nos faciat à calamis, in vanum quidem laboramus: semper enim tractui tractatus opponetur, & responsio responsioni.

Relicto igitur testimonio Patris Roboredi, qui nihil testari poterat de rebus Sinicis cum nihil de illis sciverit, ad testimonium P. Joan. Adami accedamus. Ait P. V. ibidem: quod & confirmatur autoritate Patris Joannis Adami, qui scribens ad P. Fr. Timotheum de S. Antonino Vicarium Lankiensem circa annum 1659. planè habet & quamquam illud quod haecenùs PP. VV. securæ sunt, & magis probabile est & tutum, altera tamen sententia & praxis probabilitate non caret, atque eam nunc quidem omnino sequi convenit. *Lo qual confirmo con una carta que el mis Rever. P. Juan Adams escrivio al P. F. Timotheo de S. Antonino Vicario de Lank'i por los anos de 59. donde dice: aunque lo que VV. PP. an seguido es lo mas probable y seguro, pero esto es tambien probable, y conviene seguirse agora.*

Si verba hæc sint ita, ut referuntur, votum unicum jam obtinuit P. V. in favorem probabilitatis suæ sententiæ, quod votum nec nobis defuit, & non modo favet speculativæ probabilitati sententiæ nostræ, sed etiam praxi nostræ esto ro es tambien pro-

bable . y conviene seguirse qui enim dē duabus sententiis ait , hanc convenit , ut sequamur : consequenter dicit , illam PP. VV. non convenit ut sequamur , Urbanitatis forte aut reverentiae causā Patribus Sacri Ordinis debitæ , noluerit alio modo scribendi uti , quam illo . Aunque lo que VV. PP. han seguido , es lo mas probable y seguro : Si ita sit dubitamus , an verba illa mas probable y seguro dicta sint ironicē . Nam Tē Seguro magis ad praxim spectat , quam ad speculativam , adeoque appareret oppositio cum illis verbis Pero estotro es tan bien probable , quod pertinet ad speculativam , y conviene seguirse quod pertinet ad praxim .

Quis dubitet , securius , imo securissimum fore , si Sinas ad religionem votis obstrictos induceremus aut ad vitam eremiticam aut ad Europea Seminaria mitteremus ? tunc enim Christiani nostri Sinenses nullo Sinensi ritu urgerentur , & nos de eorum rituum puritate securiores quoque essemus : & magis pulchra ac decora & sine ullâ rugâ foret Ecclesia Sinensis , si ad amissim sese conformaret usque quaque ritibus Romanis tum religiosis , tum civilibus : sed velle hanc securitatem ac formositatem in Sinis nunc , quando nullam vim coactivam hic habet Ecclesia , neque principes Christianos sibi authoritate aut armis faventes , est rem sanè arduam ac moraliter impossibilem postulare & hoc quidem sensu conciliari possunt priora illa verba dubia P. Adami : Aunque id

lo , que V. P. han seguido , es lo mas probable, y seguro , cum illis posterioribus quibus clarissime mentem suam declarat però esto tro es tan bien probable y conviene seguirse agora. Si enim esset quid superstitionum , aut idololatricum , in nullâ circumstantia temporis illud sequi possemus. Ergo signum est , quod agatur de illis cærimoniiis ac ritibus erga Confucium & defunctos , quos permittit ac tolerat ipsa sacra Congregatio , & PP.VV. pratabant , permitti ac tolerari non posse, quod est velle Ecclesiam Sinicam ita decoram , & sine rugâ ullâ tum religiosè , tum politicè , ac est decora ipsa Ecclesia Romana : sufficiat nobis si quoad cultum Religiosum sit Ecclesia hæc nostra æquè decora ac Romana ; quoad politicum verò permittamus gentem hanc ritus suos politicos exercere.

Addit P. V. ad cohonestandam praxim suam nostræ contrariam ; dans rationem , quare cum nostra praxis probabilis esset, tamen non nobiscum convenerint; ait enim, nos ut istam probabilitatem perspectam haberemus consuluimus Patrem Julium Aleni , & difficultates nostras ipsi ac dubia proposuimus , quibus ille nihil respondit : Deinde P. Dominicus Gonzalez Provincialis Philippinarum , & sancti Officii Commissarius de eadem re Macaum scripsit ad Rev^{dum}. P. Provincialem Societas , rogavitque ut se docere veller, quibus rationibus atque argumentis ducta Societas hanc praxim elegisset quò nimixum

q q q

eandem omnes agendi rationem inirent. Sed neque ille quidquam respondit: Quare cum eas rationes hic non invenisset, tam ipse quam alii Patres, Romam consuluerunt ut eas invenirent, quâ de re conqueri prorsus nemo potest. Para enterarnos desta probabilidad, consultaron los nuestros al R. P. Julio Aleni proponiendole las dificultades y dudas que tenían, y dicho Padre no respondio. Despues el P. F. Domingo Gonçalez Provincial de Philippinas, y commissario del S. Officio escrivio lo mesino al M. R. P. Provincial de la Compañia à Macao, suplicandole le diesse las razones, que havia en estos puntos para ajustarse todos a lo mismo tan poco se las dio: y no hallandolas, dicho Padre, y otros recurrieron à Roma à buscarlas. De que nadie en el mundo puede formar quejas, &c.

Hic iterum refricantur amaritudines, quæ P. V. jam nuper significavit P. Petrus Canevari de epistolâ illâ Patrium Societatis super hæc dubia, missa in responsionem ad Patres sacri ordinis, qui morabantur in provincia Fô kie'n, significavit inquam, quo modo epistolam illam parvi penderint, ac fregerint in præsentia ipsorum Christianorum, & hi scandalizati de illâ actione publicè peractâ cùcurrerint ad metropolitanam urbem Fô chen ubi P. Julius Aleni morabatur, & omnia narraverint quæ ipsi suis met oculis videbunt.

Sciat item P. V. responsum etiam fuisse epistolæ adm. R^{di}. P. F. Dominici Gonça-

Lez Provincialis in urbe Manilâ, & commiſſarii S. Officii, in nostro archivio extat adhuc responſionis transcriptum. Sed de his alibi fufius.

Ad verba igitur illâ: *y no ballandolas; diſho Padre y otros recurrieron à Roma à buscarlas, de que nadie en el mundo puede formar quejas.* Et reliqua, quæ de recursu ad Romanum Pontificem in confirmationem P. V. adducit in fine hujus numeri 37. respondemus nostrorum neminem conquestum esse de recursu absolutè ad Romanum Pontificem; sed quod rationes nostras ac Epistolas parvi penderint ac festinantiūs, quam par erat, processerint de qua re alibi pluribus agemus.

38. Fuit etiam qui diceret ea omnia jam diū Romæ discussa esse atque à Patre Martinio proposita, &c. Tambien se dixo, que todas estas cosas estavan yà miradas en Roma, y las hauia yà propuesto el P. Martino, &c. Huic propositioni supra satisfecimus.

39. Dixit alter quidam idolum haberi non posse nisi illud cui tribuatur dominium vitæ & mortis, &c. Otro dixo, que para ser idolo, es necesario se reconosca en el dominium vita & mortis, &c.

Respondeo non fuisse hanc propositiōnem dictam, sed aliam, de quā jam supra satis dictum, in demonstratione, i.

40. Atque ut hic fideliter exponam omnia, adverto fuisse in nostro congressu qui dice- ret si ea peragerentur in cultu Confucii quæ ego dixeram, tunc fore ut Christianis ad eas

qqq ij

cærimonias convenire non liceret, verum si esset dubium an superstitione iis inesset necne, tum sanè tolli dubitationem factâ protestatione fidei. Ast ego illud quæro, num hæc de qua dixi, superstitione dubia sit, an potius clara & manifesta. *X para que vaya esto con toda fidelidad, advierzo que tambien se dixo en la junta de aqui, que si lo que yo dixe, se hazia a este maestro, no podian acudir los Christianos a ello: si pero se hazia duda de ser supersticioso, o no, se quitava esta haciendo la protestacion de la fe. Si es solo duda de supersticion, o lo es clara, esto es que yo pregunto.*

Ut responsio quoque nostra cum omni fidelitate procedat, dico, non esse verum quod in cœtu nostro dictum sit, que si lo que yo dixe se hazia a este maestro, no podian los Christianos acudir à ello.

Dictum tamen fuit si verum esset id quod P. V. narrabat de cærimonia illâ infundendi vinum super auriculas porci, & servandi aliquos pilos porci, & offerendi solemniter cum parte sanguinis à præfecto ipsi Confucio, ac deinde sepeliendi pilos & sanguinem effusis ad Confucium precibus, &c. Quod P. V. vocabat *Sacrificium*, si, inquam, hoc verum esset, non permitteremus Christianis ea facere, quia ea speciem aliquam superstitionis præse ferebant, præcipue eo modo quo P.V. narrabat ea fieri: Nemo autem dixit Christianos non posse assistere, si necessitas urgeat merè assistendi.

Petit insuper P. V. si illa quæ narrata fuerunt à P. V. habeant *solo duda de superstitione, o lo es clara.* Dubitavimus supra an ita revera essent, & eo modo fierent, quo illa P. V. repræsentabat ex supra dictis igitur patet responsio ad hoc quæsitum.

41. Dictum etiam est ex iis quæ proposui, & quæ suprà exscripta sunt, colligi validissimum argumentum, quo probetur litteratos non esse Atheos; ex hypothesi scilicet quod sacrificent defunctis, atque ab iis aliquid petant, &c. Tambien se dixò que de lo que yo propuse, y queda escrito, se haze fuerte argumento para provar que los letrados no son Atheos, supuesto que sacrifican, y piden a los difuntos, &c. Quibusdam deinde authoritatibus & confirmationibus statuit Sinas esse Atheos sed nos quam valida argumenta ex ipsismet P. V. verbis & rationibus attulerimus ad probandum Sinas non esse Atheos, ex supra dictis patet & quidem pluribus in locis.

42. Manuscripto tandem suo P. V. coronidem imponens, ait: Dubitare nemo potest quin nos cum è regnis non minùs remotis quam alii ad vienam hanc nostro labore excolendam advenierimus, cupiamus vehementer ut omnes ad sacram Baptismi fontem accedant, cupimus illud certè tum maximè Dei causa, tum etiam ob salutem animarum, Ecclesiæ matris nostræ bonum, honorem & Religionis, & missionis & nostrum, omnia ad gloriam Dei

q q q iij

& suæ sanctæ fidei exaltationem , unde se-
quitur nos etiam non minus optare media
ad illud consequendum necessaria, nimirum
ut via ac janua baptismi dilatetur , amplifi-
cetur , & quantum quidem poterit fieri , su-
avior reddatur. Hæc enim non potest non
optare, qui animarum conversionem optat,
sed tamen cum occurrent materiæ graves &
quæ ad conscientiam pertinent , quales istæ
sunt , displicere nemini debet quod aliqui
sunt , qui non ita facile ad sententiam suæ
contrariam adduci se patiantur , maximè
vero si difficultas eadem ad assentiendum in
aliis quoque rebus cernitur , in quibus lon-
gè nimis est periculi. Certissimum est arc-
tam esse viam quæ ducit ad cœlum , angus-
tamque portam. *Arcta est via* , inquit Chri-
stus. Si arctam viam Dominus esse voluit ,
non possum ego eam dilatare. Præsertim
cum sciamus totius mundi conversionem
tanti non esse , ut vel minimum veniale pec-
catum admittamus. Nadie puede dudar , que
viñiendo nosotros de no menos lexos Reinos , que
otros , à trabajar en esta viña , deseamos que
todos se bautizén , &c. deseamoslo por Dios ,
por el provecho de las almas , por la Iglesia
nuestra madre , por honra de la Religion ;
de la mission , y nuestra y todo para gloria de
Dios , y exaltacion de su santa fe de aqui se si-
gue haver tambien de desejar los medios , y que
el camino y puerta del bautismo se dilate , ensan-
che , suavize , y extienda lo que fuere posible :
todo esto cae debaxo del deseo de convertir al-

mas : pero quando hay materias graves , y de conciencia como estas , no se que se pueda estrañar , de que haya quien con difficultad se allane a lo contrario ; y mas quando en otras cosas , donde no hay tanto peligro se ve y palpa la misma difficultad . Certissimo es ser estrecho el camino del cielo , y angosta su puerta ; arcta via dixo Christo . Si su magestad dexò este camino , mal podre yo ensancharle : y mas sabiendose , que por la conversion de todo el mundo , no es licito cometer ni un minimo peccado venial : quid prodest homini , &c.

Expendamus prius paulatim hæc verba , deinde ad alia descendemus , dessear los me- dios , y que el camino y puerta del bautismo se dilate , ensanche , &c. lo que fuere possible : todo esto cae debaxo del deseo de convertir almas , efficax deberet esse desiderium , non autem velleitas : si enim est desiderium de re bonâ & optimâ , dilatandi scilicet viam & portam baptismi , non potest hoc desiderium , non opponi desiderio illi restringendi efficaci- ter viam salutis : arcta via dixo Christo , si su magestad dexo este camino , mal podre yo ensancharle : viderur enim P. V. sententiam Christi Domini nostro casui applicare sed dñe : cum loquerer de desiderio aperiendi portam Baptismi & illam dilatandi , ideo addidi verba illa : lo que fuere possible , &c. pero quando hay materias graves y de conciencia como estas , no se que se pueda estrañar de que haya , quien con difficultad se allane a lo contrario .

Sed contra est : in ordine ad aperiendam

aliis januam salutis , cum verè probabilis sententia favet pænitenti aut baptizando , docti sumus à Theologis , debere nos dilatare januam salutis , seu stare sententiæ illi , quæ favet pœnitenti aut Baptizando , & tamen Theologi hoc docentes non contradicunt sententiæ Christi Domini arcta est via , &c. & alteri , quid prodest homini , &c. Ergo verba Christi non benè applicantur nostro casui.

Adde quod res & ritus controversos inter nos Sacra Congregatio declaravit posse permitti , ac tolerari : ergo lo que fuere possibile , declaratum est esse possibile ergo desiderium efficax dilatandi viam salutis Sinenibus in casu nostro de re & modo possibili , seu sine ullo peccato nec veniali ergo non debet illi opponi desiderium efficax restringendi viam hanc salutis animatum. Si su magestad dexò este camino , mal podrè yo ensancharle. Timendum ne , dum in Sinis requirimus illam omnimodam pulchritudinem & conformitatem rituum etiam civilium cum ritibus Romanis , id velimus , quod ille in Galliâ , qui de frequenti communione libri sui titulum inscripsit , cum reverta in praxi tantam puritatem (quæ vel Angelicam , si non superaret , saltem adæquaret) requireret in Sacram Eucharistiam recipientibus , ut à receptione Eucharistiæ removeret potius homines , quam ad frequentiam incitaret .

Medium semper nobis tenendum , extremaque

maque vitanda præsertim cum de ritibus Sinicis inter nos controversis regulam Sacrae Congregationis obtinuerimus, contra quam potius quam contra nos pugnant verba quæ P. V. affert certissimo es ser estrecho el camino del cielo y angosta su puerta: arcta via, dixo Christo; si su magestad dexò este camino, mal podre yo ensancharle, &c. Anne Sacra Congregatio arctam cœli viam (eo sensu quo P. V. casui nostro applicat) dilatavit, adeo que male permisit, ac toleravit quæ permittenda tolerandaque esse tam piè, sancte que censuit! quare igitur P. V: de se ait: mal podre yo ensancharle!

Optamus sane ut opus istud, conversionis Sinarum ad fidem, quantum fieri poterit, promoveatur, atque eò pertinent tum ea quæ retulimus media, tum ea omnia, quæ hic exscripsimus. En quanto se pudiere hazer, desseamos se baga (sunt verba quæ sequuntur) y los medios referidos se han ordenado à esto y lo, que aqui va escrita se ordena a lo mismo.

Utinam efficax fuisset, Tò desseamus se baga! Nam Doctissimi Patres Sacri Ordinis, suâ quâ pollent doctrinâ & prudentiâ diu iam noverunt, quod ritus qui permittebantur à Patribus Societatis ministros amiguos mui coçidos y versados en los libros Sinicos y sus costumbres ut ait P. V. num. 36. essent tales, ut possent permitti ac tolerari: adeoque quantum fieri potuit, efficaciter optarunt Patres Societatis J e s u, ut aperiatur ac dilataretur janua salutis idnumbris St.

nensibus ; neque tamen contradixere Christo dicenti , arcta est via. En quanto se podia bazer efficazmente dessearon Los Padres de la Compania se biziessè para abrir , y dilatar la puerta de la salvacion à muchos Chinos ; sin contradeçir à la sentencia de Christo : arcta est via. Utinam efficax fuissest Tà desseamos se haga : omitti enim poterant renovationes præteriorum amaritudinum , y todo lo que aqui ya escrito.

Non abolemus obedientiam quam filii parentibus debent , neque præceptum quartum Divinæ Legis , quemadmodum scripsit R. Pater Acunha qui jam hanc vitam cum meliori commutavit , neque etiam cultum politicum & civilem tollimus , sed illud unum studuimus abolere quod malum esse nobis visum est , neque posse tolerari. No quitamos (inquit P. V. in fine operis (La obediencia de los hijos à los Padres , ni el 4. mandato de la Rey de Dios , como nos escrivio el R.P. Acunha que este en gloria , ni tampoco el culto politico y civil , solo lo , que nos parece , y ha parecido mal , y intolerable hemos procurado quitar. Ad hæc supra Respondimus.

Abolita ista sunt in urbibus fo-nim & fo-ngam , vicinisque pagis , ac nuperrimè in urbe Lan-ki , neque tamen utla inde insecura est persecutio , nulla seditio , nullæ turbæ. Y en Fō-niu , y Fōngān , y sus partidos , y ultimamente en Lân kī se quito , sin seguirse persecucion , ni alvoroto por esto. Sed non adiexit P. V. el alvoroto , y persecucion del sciam

aldo, proper diffimitatem doctrinæ inter nos Evangelii præcones in eâdem Christi vineâ.

Testetur P. Joan. Franciscus de Ferrariis, quem nolebant oves Christi cognoscere tanquam verum gregis Pastorem, ex eo quia audierant à quodam famulo Patrum Dominicanorum Patres Societatis in Sinis *chuén kido pú chím*, hoc est, docere ac promulgare legem non recte, seu non rectam; testetur ipse Pater Fr. Antonius à sancta Maria, quem tune adiit dictus P. Ferrarius ad indagandum, undeum ortum habuerit seditio ac persecutio tam immanis ac fera, *el alvoroto, y persecucion tan cruel y fiera*, ut oves rebelarent contra proprium Pastorem, & Societatis Patribus tam grave crimen imponeatur.

Va vobis, qui ædificatis sepulcra Prophetarum, &c. ait Christus ad Pharisæos at nonne ædificare sepulchra & sepelire mortuos, opera sunt pietatis? Ita sanè quomodo igitur ea Christus reprehendit. Non ædificatio, inquit S: Ambrosius, sed æmulatio loco criminiæ æstimatur. Condemnat Christus peccatum quod admiserant occidendo Prophetas, non illud improbat, quod eos sepelirent atque iis ædificarent sepulcra. Et nos quoque damnavimus malum, quod & à filiis & à litteratis admittitur in suis erga parentes magistrumque suum cærimoniis, reliqua non damnamus, quia damnanda non esse credimus. Qui damnat jejunia, abs

tigij

stinentias & mortificationes superstitiones ; non continuò censendus est damnare , jejunium, abstinentiam & mortificationem, sed tantum id quod malum & superstitionis est. dixo Christo a los Fariseos *Luca II.* El hazerse sepulchros , y enterrar muertos , no son obras de piedad y misericordia ? Si ; pues como lo reprehende Christo ? *S. Ambrofio* : non adificatio sed emulatio loco criminis estimatur. El pecado , que hazian en matar a los Prophetas condena Christo , no el enterrarlos , y darles sepulcro. Lo malo , que los hijos hazen y letrados en las ceremonias de sus padres , y maestro , hemos condenado , lo demás no , porque no es condenable ; quien condena ayunos , abstinencias , y mortificaciones superstitiones , no condena ayuno , abstinencia , y mortificacion , sino lo malo y supersticioso.

Hæc verba nisi ad res inter nos hic controversias alludant , & præcipue ad ea quæ Pater Martinus de Martinis circa ritus Confucianos , & defunctorum proposuit sacræ Congregationi , quæque Patres Societatis non damnarunt ut superstitione , sed uti sacra Congregatio censuit permittenda ac toleranda Sinensis Christianis censuerunt , & quidem iij censuerunt , qui erant *Ministros antiquos mui cocidos y versados en los libros Sinicos y sus costumbres* , adeoque distinguere probè noverant superstitione & idololatrica à merè politicis , seu non superstitionis & idololatricis ; nisi , inquam ad hasce res inter nos controversias verba V. P. alludant , & inde ad nos ministros reflectantur (alios , Patres

Iclicet Societatis, qui permisimus Christiani-
nis eos ritus; alios, qui non, & dicunt *he-
mos condonado*,) neque ad rem dicta, neque
vim ullam habere videntur.


Si igitur P. V. velit ea verba sanè ad
rem allatā esse & magnam vim habere ad
cohonestandam praxim Patrum sacri Ordini-
nis contra praxim Patrum Societatis, sequi-
tur (ne loquamur de ipsâ sacrâ Congrega-
tione, contra quam præcipue verba illa re-
flecti necesse est) sequitur, inquam, nil
remanere nobis aliud agendum, quam
deplorare, ac dicere: *væ nobis*, qui
permisimus in eo sensu quem accipit
Sanctus Ambrosius, ædificari sepulcra Pro-
phetarum. *Væ nobis*, qui latam viam per-
ditionis ambulavimus, & noluimus in
his rebus *controversis* arcam viam quæ
ducit ad vitam ambulare, per quam tam
securi Patres Sacri Ordinis ambularunt;
væ, væ nobis. Quid tandem proderit, Sinen-
sium tot millia cœlo dedisse, & quidem in
undecim hujus vastissimi imperij provinciis,
si animarum nostrarum passuri tandem si-
mus detrimentum? nonne satius nobis fuis-
set paucis urbibus Fō ním, Fō ngän & Lân Kî
contentos, paucisque Christianis cum his
paucis deinde ad cœlum evolare; quam
missis ad cœlum multis millibus Christiano-
rum nosmetipsos in præceps deturbare? de-
sideravimus quidem efficaciter mundi hu-
jus conversionem; sed apta media ad no-
stram ipsorum salutem videmur non adhi-

buisse, quoniam verborum Christi arcta est
via non meminimus, uti ad nostram cor-
rectionem hic meminit adm. R. P. Domini-
cus de Navarrette, qui casui nostro verba
applicans ait: *Si su magestad dexò este camino;
mal podrè yo ensancharle.*

Non valui aptiorem responzionem ulti-
mis hisce verbis generalibus aptare, quam
verbis generalibus generalia verba oppone-
re. Ex iis tamen quæ in totâ hac nostrâ
responzione apologeticâ dictâ sunt, non erit
fanè difficile serio illam legenti suam quo-
que specialem responzionem huic ultimâ
manuscripti numero adinvenire;

F I N I S.

VILLE DE LYON
Biblioth. du Palais des Arts



I N D E X C A P I T U M

Testimonij P. Prosperi Intorcettæ,

P ars Responsonis ad manuscriptum R. P. F. Domini Navarretæ.	pag. 5
R esponsio ad sex primos numeros.	p. 6
R esponsio ad seqq. numeros usque ad 20 ^{um} inclusivè.	p. 16
I. Demonstratio pro ritibus Confucianis adversus narrationem & argumenta R. P. Navarretæ.	p. 17
II. Demonstratio.	p. 22
III. Demonstratio.	p. 30
IV. Demonstratio.	p. 48
Excerpta ex R. P. Francisco Brancato.	p. 53
S. I. Constitutiones Imperatorum Sinensium de ritibus Confucianis.	p. 54
S. II. Explicatio litterarum seu vocum quarundam Sinicarum.	p. 65
Nota I. Circa litteras xē çāi lī.	ibid.
Nota II. Circa litteras chō vēt.	p. 66
Nota III. Circa litteram çién.	p. 67
Nota IV. circa litteram Sú.	p. 69
Nota V. Circa litteras Sím Señ.	p. 71
Nota VI. circa litteras ym xín, vel súm xín.	p. 72
Nota VII. circa litteras fō çieu.	p. 75
Nota VIII. Circa litteras Xiñ Guéi.	p. 79
Nota IX. Circa litteram y', & litteras Hivē Maō.	p. 81
Nota X. Circa litteras xē çāi y'.	p. 86

Index Capitum.

Nota X I. Circa litteram Xīm , & Chī Xīm	
p. 87	
Nota X I I. Circa litteram Cāo.	p. 92
Nota X I I I. Circa litteras Mō chū.	p. 93
Nota X I V. Circa litteram Miáo.	p. 97
Nota X V. De littera fō significatione, & an Sina petant felicitates, vel adbibeant preces in ob- lationibus progenitorum.	p. 102
Nota X VI. Circa litteram Xī.	p. 106
Nota X VII. Circa litteram cī.	p. 112
Quinta demonstratio pro ritibus Confucianis ad- versus narrationem & argumenta Navarrete, p. 143	
Sexta demonstratio,	p. 147
Septima demonstratio,	p. 151
Octava demonstratio.	p. 177
Responsio ad reliquos omnes numeros.	p. 184
Responsio ad reflexiones.	p. 263

INDEX

INDEX ALPHABETICUS

Rerum precipuarum quæ continentur in Testimonio R. P. Prof. peri Intorcessæ.

A

- P. Adami sententia de ritibus Sinensibus; pag. 303. & seqq.
P. F. Antonius à S. Mariâ male exposuit sentencias Sinicas. p. 100
Ejus testimonium nihil nocet causa Patrum Societatis. p. 177. p. 218. & seqq.
P. Antonii de Govea circa præsentem controvrsiam testimonium. p. 204
Athei nec fuere olim, nec sunt hodie omnes Litterati Sinenses. p. 201
Item. p. 211. & seqq.
P. Navattetti sibi non constat in eo quod asserti litteratos Sinenses esse atheos, nec credere esse spiritum. p. 204

B

- P. Bartholomai de Robredo testimonium vobis probare potest in hac causâ. p. 223
Item. p. 297

ff

Index Alphabeticus

C

Cœlum materiale à supremo cœli Imperatore distinxerunt prisci Sinenses. p. 117. & seqq. item p. 215 & seqq.

Confucij cultus immutatus in primâ suâ institutione perseveravit, hoc est, merè civilis. p. 8. & seqq.

Confucius ut Regni magister, non ut idolum à Sinensibus colitur. p. 17. & seqq. Item. p. 253. & seqq.

Confuciani ritus. aliquique Sacré Congregations planè innotuerant, antequam de his decerneret. p. 7. Item. p. 23. Item. p. 26. & seqq.

Confuciani ritus his in anno fieri soliti à Patribus Societatis non permittuntur Christianis, &c i quâ de causâ. p. 141. & seqq.

Confucium pro Deo à Sini haberi, ex libris Sinicis colligi non potest. p. 144.

Confuciani cultus origo, extendit eum esse merè civilem, ei que deferti honorem ventus apt totius regni Magistro defuncto. p. 151. & seqq.

Confucio nunquam divini honores habitu sunt in templis idolorum, nisi forte à paucis sectariis, contraria imperatorias leges, usumque communem litteratorum. p. 168. & seqq.

De Confucii salute aut damnatione aeternâ

Lexum præcipuarum.

nihil à nobis statuendum, sed relinquendū Divinæ sapientiæ & Dei judicio inscrutabili. p. 264. Item. p. 275. & seqq.

D

Defunctis etiam infidelibus honores politici deferri possunt. p. 283. & seqq.

A quibus Defunctis Sinæ petant, ut intercedant pro populo apud supremum cœli Imperatorem. p. 162. Item. p. 210

Regula ac principium fundamentale omnis ritus civilis erga defunctos apud Sinas. p. 257

P. F. Dominicus Coronado, & P. F. Dominicus Sarpetrus è Dominicanâ Familia cum Patribus Societatis senserunt. p. 224

F

Fovea in quâ sepiuntur pili, sanguis & adeps animalium Confucio oblatorum. p. 81. & seqq. Item p. 139. Item p. 308

P. Francisci Pacii sententia nullam habet vim in hâc causâ. p. 298

Funebres ritus quem in finem instituti sunt. p. 119

G

Quo sensu S. Gregorij in simili causâ decretum sit intelligendum. p. 264. & seqq.

111 ij

Index Alphabeticus

I

Cur D. Jacobus Valente Episcopus Macaënsis vetuerit ne in sepeliendis Macaënsibus Christianis apponenterentur oblatio-nes. p. 291. & 292

P. Ignatius à Costâ quid senserit de his quæ à P. Martino proposita fuerunt
p. 29

P. Ignatii Lobo testimonium nullius est au-
toritatis. p. 223

K

In costu Kiatinensi maxima fuit sententia-
sum concordia circa ritus Sinenses. p. 295

L

Libri Li Ki auctoritates eujus sint ponderis
p. 251

Litterati Sinenses qui gradum accipiunt,
quem cultum teneantur exhibere Confu-
cio. p. 30. & seqq.

P. Longobardi manuscripta quam aucto-
ritatem habeant in hâc causâ. p. 203
Item. p. 214. Item. p. 221. & seqq. Item, p. 299

M

P. Martinus nihil Romæ proposuit quod cf-

Rerum precipuarum.

Item à veritate alienum. p. 43. & seqq.
Item p. 237. & seqq. Item 280. & seqq.
Item p. 293

N

Naaman Syri exemplum favet cultui Confuciano.

p. 262

O

Oblatio olerum Confucio facta quid sibi
velit, & quem in finem instituta. p. 86

Oblationum quæ in usu sunt apud Sinenses
principaliores species. p. 116. & seqq.

P

De Papyro quam cremant aliqui Sinenses
in honorem defunctorum. p. 256. & seqq.

Panegyri non vero precibus Confucius ho-
noratur à Sinensibus. p. 25. Item p. 48
Item p. 67. Item p. 235

Preces non adhibent Sinæ in oblationibus
progenitorum neque quidquam ab il-
lis petunt. p. 101 & seqq. Item p. 75. &
seqq. p. 237. & seqq.

Punctum superius cui apponatur litteræ Chù
in tabellâ defunctorum post ritus fune-
bres peractos. p. 248. & seqq.

R

Ritus Sinenses diu ac mature examinati

Index Alphabeticus.

Sunt à primis Patribus Missionis Sinicæ ab iisque tolerati. p. 297. & seqq.

S

Sacrificium verum nullum intervenit in ritibus Confucianis & honoribus defunctorum apud Sinas. p. 48. & seqq. Item p. 68. & seqq. Item. p. 112. Item p. 143. & seqq. Item p. 191. & seqq;

Sanctitas vera non attribuitur Confucio per vocem *Xim*, sed tantum sapientia quædam humana & eximia. p. 87. & seqq.

Spiritum illius cui honores funebres exhibent, non arbitrantur Sinæ verè adesse præsentem in aulâ vel tabellâ. p. 72. & seqq. Item. p. 79. & seqq. Item p. 242

Superstitionis ritus aut superstitionis speciem aliquam habentes semper à Patribus Societatis interdicti fuere Christianis. p. 150
Item p. 164. & seqq. Item p. 178

T

Tabella Confucij aut defunctorum in ritibus funebris Sinensium nihil continet superstitionis. p. 93. & seq. Item p. 106. & seqq. Item p. 197. Item p. 207. & seqq. Item p. 228. & seqq. Item p. 243. & seqq.

Templum non est aula in qua Confucius à litteratis colitur, sed litterarium tribunal,

Rerum precipuarum.

nal, aut Gymnasium. p. 34. & seqq. Item
p. 185. & seqq.

Testimonia trium Sinensium Christianorum
à P. Navarretâ adducta nihil nocent
Confucianò cultui. p. 178. & seqq.

P. F. Timotheus à S. Antonio è Dominici
canâ Familiâ favet sententiæ Patrum So-
cietatis. p. 224

X

Xamti litteræ ad Deum Sinis annuntiant
dum idoneæ. p. 213. & seqq. Item p. 218.
& seqq.

F I N I S.

VILLE DE LYON
Biblioth. du Palais des Arts

ERRATA

- Pagina 4. linea 2. cam. logo. meā.**
- p. 9. l. 18. tibi. l. ibi.
 p. 12. l. 18. qui. l. que.
 p. 22. l. 7. eodem. l. eos-
 dem.
- Idem l. 30. scire, l. sedes.**
 p. 41. l. 23. pauci scilicet sine.
 l. pauci scilicet fitte.
- p. 43. l. 23. fuit. l. fit.
 p. 68. l. 39. cum se. l. se of-
 ferunt.
- p. 102. l. 1. praeferens. l. pro-
 ferens.
- p. 104. l. 21. scilicet. l. sci-
 licet.
- p. 124. l. 30. in munus. l. id
 munus.
- p. 140. l. 30. aut. l. ut.
- Pagina 144. linea 1. aut scie-**
 vit Confucium. logo aut sci-
 vit, aut putavit, aut finxit
 Confucium.
- p. 145. l. 16. Xloloſeritum.
 l. Holoſericum.
- p. 151. l. 9. permiserant.
 l. permiseroꝝt.
- p. 160. l. 1. factu. l. factꝝ.
- p. 172. l. 18. hocce. l. hosce.
- p. 188. l. 24. P. idolorum
 templuꝝ.
- p. 228. l. 13. per se. l. per sex.
 Idem l. 17. intentione. l. men-
 tione.
- Idem l. 27. exemplum. l. exame-
 plo.**
- p. 238. l. 32. sellata l. servata

A. I. M. I. E.

